vs. 688. Ἀνδρὸς Τιθωνοῦ] Nota est fabula de senectute Tithoni; sic Ἰαπετὸς in Nub. vs. 997.

vs. 691. Σορὸν πρίασθαι] In Lysistrata vs. 602. σορὸν οἰήσου. Dicit tantum pecuniae non superesse, ut loculum ad sepulturam sibi emere possit; in Pluto vs. 556. καταλείψει μηδὲ ταφῆναι.

ΑΝΤΩΔΗ ΚΑΙ ΑΝΤΙΣΤΡΟΦΗ ΚΩΛΩΝ ια'.

ΧΟΡ. Ταῦτα πῶς εἰκὸς γέροντ' ἀπολέ-
σαι, πολιὸν ἄνδρα, περὶ κλεψύδραν,
Πολλὰ δὴ ξυμπονήσαντα, καὶ
Θεσμὸν ἀπομοξάμενον
Ἀνδρικὸν ἱδρῶτα δὴ καὶ πολιῷ,
Ἄνδρ' ἀγαθὸν ὄντα Μαραθῶνι περὶ τ' πόλιν.
Εἶτα Μαραθῶνι μὲν ὅτ' ἦμεν, ἐδιώκομεν·
Νῦν δ' ὑπ' ἀνδρῶν πονη-
ρῶν σφόδρα διωκόμεθα·
Κἀτὰ πρωταλισκόμεθα.
Πρὸς τάδε τις ἀντερεῖ Μαψίας;

ΑΝΤΕΠΙΡΡΗΜΑ ΣΤΙΧΩΝ ις'.

Τετράμετροι Τροχαϊκοὶ Καταληκτικοί.

Τῷ γὰ εἰκὸς ἄνδρα κυφὸν, ἡλίκον Θουκυδίδην,
Ἐξολέσαι συμπλακέντα τῇ Σκυθῶν ἐρημίᾳ,
Τῷδε τῷ Κηφισοδήμῳ, τῷ λάλῳ ξυνηγόρῳ;
Ὡς ἐγὼ μὲν ἡλέησα, κἀπομοξάμην, ἰδὼν
Ἄνδρα πρεσβύτην ὑπ' ἀνδρὸς τοξότου κυκώμενον,
Ὃς μὰ τ' Δήμητρ', ἐκεῖν' ἡνίκ' ἦν Θουκυδίδης,
Οὐδ' ἂν αὐτὴν τὴν Ἀχαιὰν ῥᾳδίως ἠνεγκετο·

Ἀλλὰ

vſ. 693. Περὶ κλεψύδραν] Hic commatis nota ponenda eſt, ut habet editio Farrei. Non enim dicit Chorus, ſe circa clepſydram in foro & judiciis olim ſudaſſe; ſed in bello; nunc autem indigne circa clepſydram, in foro & judiciis, a junioribus oratoribus peſſundari. Dabatur autem certum tempus Rhetoribus, quo erat perorandum, & id metiebantur effluxu aquae ex vaſculo, quod clepſydra dicebatur.

vſ. 695 & ſeq. Ἀπομοξάμενον — ἱδρῶτα] Alciphron Epiſt. 34. Lib. I. τὸν ἱδρῶτα ἀποψώμενος· *ſudorem abſtergens.*

vſ. 698. Μαραθῶνι] Hic ſine praepoſitione ἐν, quam Scholiaſtes deficere ait; nempe ut apud Thucydidem Lib. I. in Oratione Legatorum Athenienſium: φαμὲν γὰρ Μαραθῶνί τε μόνῳ προκινδυνεῦσαι τῷ βαρβάρῳ, καὶ &c. *Praedicamus enim nos ſolos in Marathone pro Graecia diſcrimen belli ſubiiſſe contra Barbaros*; at in Equitibus vſ. 787. exprimitur illa praepoſitio: ὡς διεξῆσαν περὶ χώρας ἐν Μαραθῶνι.

Ibid. Ὅτ' ἦμεν] Vel ita conſtruitur: ὅτ' ἦμεν Μαραθῶνι, cum eſſemus in Marathone; vel ſimpliciter ὅτ' ἦμεν, *cum eſſemus*: quaſi grandaevi ſenes jam non amplius ſint, & vivant: ſimiliter in Lyſiſtrata vſ. 667. ubi Chorus fingitur eſſe adhuc ex illis, qui Hippiam Tyrannum oppugnarunt: οἵπερ ἐπὶ Λειψύδριον ἦλθον, ὅτ' ΗΜΕΝ ἔτι. Hic in Acharn. vſ. 680. κἄθειν ὄντας. In Pluto vſ. 1034. ad vetulam: νῦν δ' γ' ἂν ἔτι ζῶν σ' οἴεται.

Ibid. & 700. Ἐδιώκομεν — διωκόμεθα] Priore loco de fugatione hoſtium; poſteriore de litibus forenſibus: dicitur

ANTODE ET ANTISTROPHE VERSUUM XI.

CHOR. Istud quomodo aequum est, senem perdere canumque hominem apud clepsydram,
Qui multos labores cum aliis pertulit, &
Calidum absterſit
Virilem sudorem, eumque uberem:
Qui fortem se praestitit Marathone pro urbe?
Sed tunc, cum adhuc pro vivis haberemur, hostem in Marathone persequendo premebamus;
Nunc vero ab hominibus malis valde premimur litibus,
Et condemnamur demum.
Quis Marpsias contra haec aliquid dicet?

ANTEPIRRHEMA VERSUUM XVI.

Octonarii Trochaïci Catalectici.

Quomodo enim aequum est hominem senio incurvum, qualis est Thucydides,
Perire, incidentem in Scytharum solitudinem, (*feritatem*,)
In hunc Cephisodemum, inquam, causidicum loquacem?
Nam ego quidem miseratus sum, & lacrymas mihi detersi, cum vidi
A lictore vexari hominem senem, *Thucydidem*,
Qui Thucydides, ita me Ceres amet, cum adhuc vigeret,
Nec Cererem ipsam passus fuisset facile sibi esse molestam.

Verum

dicitur enim διώκειν τινὰ ἀσεβείας, v. g. id est; *impietatis crimen alicui intendere*; & de reo: φεύγειν ἀσεβείας. In Vespis vs. 1209. confundit has significationes: ὅτι τὸν ῥήτορα Φαΰλλον —— εἶκον διώκων λεπτότητας.

vs. 702. Μαρψίας] Hunc Rhetorem fuisse contentiosum, garrulum, & turbulentum ait Scholiastes.

vs. 703. Τὸν] Pro τίνι. τὸν γὰρ ἰκόν. ut in Thesmoph. vs. 846. ἀλλὰ τὸν, *quantus*. Thucydides autem intelligitur filio, qui fuit Milesii cujusdam filius, ut ait Scholiastes. Et in Vespis vs. 950. est mentio Thucydidis hujus.

vs. 704. Σκυθῶν ἐρημίᾳ] Proverbium, de quo Paroemiographi.

vs. 705. Ξυνηλόφῳ;] Pono interrogationis signum necessarium, ab aliis haec, ut pleraque, non intellecta.

vs. 706. Κατημυξάμην ἰδών] Homerus Odyss. ρ. —— αὐτὰρ ὁ νόσφιν ἰδὼν ἀπομόρξατο δάκρυ· *at ille avertens faciem detergebat lacrymas*. Euripides in Electra vs. 501. ἐγὼ δὲ τρύχει τοῦδ' ἱμῶν πέπλων, κόρας Δακρύοισι τήξας, ἐξομόρξασθαι θέλω· *Ego vero pannis his mearum vestium, oculos lacrymis madefactos abstergere volo*. Vide infra vs. 843.

vs. 707. Κυκώμενον] „ Sic supra vs. 688. ἄνδρα Τθωνὸν „ κυκᾶν." *Kusterus*.

vs. 709. Οὐδ' ἂν —— Ἀχαιὰν —— νικήσειε] Scholia: ὁ δὲ φησὶ· νικᾶ ἢν Θουκυδίδης, ἐκ ὅπως τοξότην νικήσειε ἂν καταβοᾶν αὐτὸ, ἀλλ' ἐπὶ τὴν Ἀχαιὰν αὐτῶν· *Sensus est; Thucydides cum adhuc esset, tantum abest ut passus fuisset sibi convicium facere lictorem, ut nec Cererem ipsam*. De Achaea, Cerere, vide Lexicographos Graecos

Ἀλλὰ κατεπάλαισε μὲ ἂν πρῶτον Εὐάθλης δέκα,
Κατεδόησε δ' ἂν κεκραγὼς τοξότας τρισχιλίους,
Πεσιετόξθισε δ' ἂν αὐτῷ τῷ πατρὸς τὰς ξυγγενεῖς.
Ἀλλ' ἐπειδὴ τὰς γέροντας οὐκ ἐᾷ τ' ὕπνου τυχεῖν,
Ψηφίσασθε χωρὶς εἶναι τὰς γραφὰς, ὅπως ἂν ἡ
Τῷ γέροντι μὲ γέρων ᾖ νωδὸς ὁ ξυνήγορος·
Τοῖς νέοισι δ' θὐρύπρωκλος, ᾖ λάλος, χὠ Κλεινίου.
Καὶ ξελαυνέσθω χρὴ τοιοῦτον· κἢν φύγῃ τις, ζημιῶν,
Τὸν γέροντα τῷ γέροντι, τ' νέον δὲ τῷ νέῳ.

ACTUS TERTII

Τρίμετροι Ἰαμβικοί.

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ ΜΟΝΟΣ.

ΔΙΚ. Οροι μὲν ἀγορᾶς εἰσιν οἵδε τ' ἐμῆς·
Ἐνταῦθ' ἀγοράζειν τοῖσι Πελοποννησίοις
Ἔξεστι, καὶ Μεγαρεῦσι καὶ Βοιωτίοις,
Ἐφ' ᾧτε πωλεῖν πρὸς ἐμὲ, λαμάχῳ δὲ μή.
Ἀγορανόμους δὲ τ' ἀγορᾶς καθίσαμεν
Τρεῖς τοὺς λαχόντας, τοὺς δ' ἰμᾶντας ἐκ λεπτῶν.
Ἐνταῦθα μήτε συκοφάντης εἰσίτω,
Μήτ' ἄλλος ὅστις Φασιανὸς ἔστ' ἀνὴρ.
Ἐγὼ δὲ τ' σπένδω, κἀπ' ἐμοῦ ἐσπεισάμην,
Μέτειμ' ἵνα σήσω φανερὰν σὺ τῇ ἀγορᾷ.

vs. 710. Εὐάθλης] Euathlum Rhetorem fuisse improbum & Sycophantam, ait Scholiastes ad hunc locum, & in Vespis ad vs. 590. adducitque locum alium ex Holcadibus Aristophanis. κἀτός ἐστιν ὑμῖν πονηρὸς τοξότης συνήγορος, ὥσπερ Εὐαθλος· qui locus & aliter legitur.

vs. 716. Χὠ Κλεινίου] Scholia: Ἀλκιβιάδην τὸν Κλεινίου ὡς καταπύγονα κωμῳδοῦσι· *Alcibiadem Cliniae F. tanquam mollem & effoeminatum notant.* Multos habuisse eum in adolescentia amatores more Graecorum, quia esset formosissimus, satis constat; inter hos fuit & Socrates: ad quem extat de ea re carmen Aspasiae meretricis apud Athenaeum V. p. 219. cujus initium: Σώκρατες, οὐκ ἰλαδίᾳ μὲ πάνυ δηχθεὶς φρένα τὴν σὴν Παιδὸς Διτυμάχης καὶ Κλεινίου· —— *O Socrates, non me latet, animum tuum uri desiderio Filii Dinomaches & Cliniae*

vs. 717. 718. Ζημιῶν τὸν γέροντα τῷ γέροντι] Ut ζημιῶν τινα χρήμασιν est, *multare aliquem pecuniâ*, v. g. apud Thucydidem Lib. II. sic ζημιῶν τινα φίλῳ, *multare aliquem amico* i. e. *Privare*. Videretur itaque dicere velle, Senem a Sene per exilium divelli debere, si necesse

Verum luctatu quidem primum viciſſet Euathlos decem:
Clamore autem & vociferatione ſuperaſſet ter mille ſatellites:
Tum ſagittis confixiſſet ipſius patris ſui cognatos.
Sed quoniam non ſinitis nos ſenes ſomnum capere,
Decreto publico cauſas judiciarias inter ſe ſeparate, ut ſit
Seni ſenex & edentulus cauſidicus;
Junioribus autem cinaedus aliquis, & loquax, qualis Cliniae F.
Quin etiam hinc expellere oportet, &, ſi fugiat quiſpiam, multare:
Atque iſtud juvenem a juvene, ſenem a ſene perpeti.

SCENA PRIMA.

DICAEOPOLIS SOLUS.

Senarii Jambici.

DIC. Iſti ſunt limites fori mei:
In hoc foro verſari Peloponneſiis
Licet & Megarenſibus & Boeotiis,
Ut mihi vendant, Lamacho autem non.
Curatores autem rerum venalium conſtituo
Tres ſorte lectos, lora autem ex lepris capio.
Huc neque ſycophanta ingrediatur,
Nec alius qui Phaſianus eſt homo.
Ego autem columnam, juxta quam inducias pepigi,
Accerſam, ut eam collocem conſpicuam in foro.

eſſe ſit; juvenem a juvene; non autem juvenem a ſene, nec ſenem a juvene. Qui ſenſus eſt ineptus. Itaque in iſtis duobus verſibus retinui verſionem Friſchlini; quamvis a verbis Comici alienam.

vſ. 719. Ὅροι] Hic jam oſtenduntur commoda Pacis. Prodit autem Dicaeopolis, cui pax eſt cum Lacedaemoniis & eorum Sociis.

vſ. 720. Ἐνταῦθ' ἀγοράζειν] Supra, vſ. 623.

vſ. 722. Ἐφ' ὅτῳ] Ad Plutum vſ. 1001.

vſ. 724. Ἐκ Λεπρῶν] Lepreum eſt urbis nomen. Dat autem Agoranomis, qui ſcuticas ſolebant geſtare, lora Lepreatica; quia Megarenſes, de quibus paulo ante meminerat, erant leproſi, ut ait Scholiaſtes. Ludit ergo in vocibus λεπροὶ & Λέπρεοι. Vide in Avibus vſ. 149.

vſ. 726. Φασιανὸς] Alludit ad etymologiam vocis συκοφάντης· a φαίνειν, de quo infra vſ. 819.

vſ. 727. Τὴν στήλην] Qui foedus iniſſent, erigebant columnas, in quibus deſcribebatur formula foederis.

vſ. 728. Μέτειμι] Sic μετιέναι ἀλετρίδιον in Pace vſ. 272. Vide ad Equites vſ. 602.

Ἀλλὰ κατεπάλαισε μὲ ἂν πρῶτον Εὐάθλης δέκα,
Κατεδόησε δ' ἂν κεκραγὼς τοξότας τριχιλίους,
Πεσιετόξθισε δ' ἂν αὐτῷ τῷ πατρὸς τὰς ξυγγενεῖς.
Ἀλλ' ἐπειδὴ τὰς γέροντας οὐκ ἐᾷ τ' ὕπνου τυχεῖν,
Ψηφίσασθε χωρὶς εἶναι τὰς γραφὰς, ὅπως ἂν ἡ
Τῷ γέροντι μὲ γέρων ᾠδὸς ὁ ξυνήγορος·
Τοῖς νέοισι δ' θὐρύπρωκλος, ᾠδὸς λάλος, χὠ Κλεινίου.
Καὶ ξελαυνέιν χρὴ τολοιπὸν· κἢν φύγῃ τις, ζημιοῦν,
Τὸν γερόντα τῷ γέροντι, τ' νέον δὲ τῷ νέῳ.

ACTUS TERTII

Τρίμετροι Ἰαμβικοί.

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ ΜΟΝΟΣ.

ΔΙΚ. Οροι μὲν ἀγορᾶς εἰσιν οἵδε τ' ἐμῆς·
Ἐνταῦθ' ἀγοράζειν τοῖσι Πελοποννησίοις
Ἔξεστι, καὶ Μεγαρεῦσι καὶ Βοιωτίοις,
Ἐφ' ᾧτε πωλεῖν πρὸς ἐμὲ, λαμάχῳ δὲ μή.
Ἀγορανόμους δὲ τ' ἀγορᾶς καθίσαμεν
Τρεῖς τοὺς λαχόντας, τοὺς δ' ἰμᾶντας ἐκ λεπτῶν.
Ἐνταῦθα μήτε συκοφάντης εἰσίτω,
Μήτ' ἄλλος ὅστις Φασιανὸς ἔστ' ἀνὴρ.
Ἐγὼ δὲ τ' φίλιω, κἀθ' ἱκὼ ἐσπεισάμιω,
Μέτειμ' ἵνα φήσω φανερὰν ἐν τῇ ἀγορᾷ.

vs. 710. Εὐάθλης] Euathlum Rhetorem fuisse improbum & Sycophantam, ait Scholiastes ad hunc locum, & in Vespis ad vs. 590. adducitque locum alium ex Holcadibus Aristophanis. κἀτός ἐστιν ὑμῖν πονηρὸς τοξότης συνήγορος, ὥσπερ Εὐαθλος· qui locus & aliter legitur.

vs. 716. Χὠ Κλεινίου] Scholia: Ἀλκιβιάδην τὸν Κλεινίου ὡς καταπύγονα κωμῳδοῦσι· *Alcibiadem Cliniae F. tanquam mollem & effoeminatum notant.* Multos habuisse eum in adolescentia amatores more Graecorum, quia esset formosissimus, satis constat; inter hos fuit & Socrates: ad quem extat de ea re carmen Aspasiae meretricis apud Athenaeum V. p. 219. cujus initium: Σώκρατες, οὐκ ἰλαδίᾳ μὲ πάνυ δηχθεὶς φρένα τὴν σὴν Παιδὸς Διτυμάχης καὶ Κλεινίου· —— *O Socrates, non me latet, animum tuum uri desiderio Filii Dinomaches & Cliniae*

vs. 717. 718. Ζημιοῦν τὸν γέροντα τῷ γέροντι] Ut ζημιοῦν τινα χρήμασιν est, *multare aliquem pecuniâ*, v. g. apud Thucydidem Lib. II. sic ζημιοῦν τινα φίλῳ, *multare aliquem amico* i. e. *Privare.* Videretur itaque dicere velle, Senem a Sene per exilium divelli debere, si necesse

Verum luctatu quidem primum viciſſet Euathlos decem:
Clamore autem & vociferatione ſuperaſſet ter mille ſatellites:
Tum ſagittis confixiſſet ipſius patris ſui cognatos.
Sed quoniam non ſinitis nos ſenes ſomnum capere,
Decreto publico cauſas judiciarias inter ſe ſeparate, ut ſit
Seni ſenex & edentulus cauſidicus;
Junioribus autem cinaedus aliquis, & loquax, qualis Cliniae F.
Quin etiam hinc expellere oportet, &, ſi fugiat quiſpiam, multare:
Atque iſtud juvenem a juvene, ſenem a ſene perpeti.

SCENA PRIMA.

DICAEOPOLIS SOLUS.

Senarii Jambici.

DIC. Iſti ſunt limites fori mei:
In hoc foro verſari Peloponneſiis
Licet & Megarenſibus & Boeotiis,
Ut mihi vendant, Lamacho autem non.
Curatores autem rerum venalium conſtituo
Tres ſorte lectos, lora autem ex lepris capio.
Huc neque ſycophanta ingrediatur,
Nec alius qui Phaſianus eſt homo.
Ego autem columnam, juxta quam inducias pepigi,
Accerſam, ut eam collocem conſpicuam in foro.

eſſe ſit; juvenem a juvene; non autem juvenem a ſene, nec ſenem a juvene. Qui ſenſus eſt ineptus. Itaque in iſtis duobus verſibus retinui verſionem Friſchlini; quamvis a verbis Comici alienam.

vſ. 719. Ὅροι] Hic jam oſtenduntur commoda Pacis. Prodit autem Dicaeopolis, cui pax eſt cum Lacedaemoniis & eorum Sociis.

vſ. 720. Ἐνταῦθ' ἀγοράζειν] Supra, vſ. 623.

vſ. 722. Ἐφ' ὅτῳ] Ad Plutum vſ. 1001.

vſ. 724. Ἐκ Λεπρῶν] Lepreum eſt urbis nomen. Dat autem Agoranomis, qui ſcuticas ſolebant geſtare, lora Lepreatica; quia Megarenſes, de quibus paulo ante meminerat, erant leproſi, ut ait Scholiaſtes. Ludit ergo in vocibus λεπροὶ & Λέπρεοι. Vide in Avibus vſ. 149.

vſ. 726. Φασιανὸς] Alludit ad etymologiam vocis συκοφάντης· a φαίνειν, de quo infra vſ. 819.

vſ. 727. Τὴν στήλην] Qui foedus iniſſent, erigebant columnas, in quibus deſcribebatur formula foederis.

vſ. 728. Μέτειμι] Sic μετιέναι ἀλετρίδιον in Pace vſ. 272. Vide ad Equites vſ. 602.

ACTUS TERTII

ΜΕΓΑΡΕΥΣ, ΚΟΡΑΙ.

ΜΕΓ. Ἀγορᾷ 'ν Ἀθάναις χαῖρε, Μεγαρεῦσιν φίλα.
Ἐπόθην τυ, ναὶ τὼ φίλιον, ἀῷρ ματέρα.
Ἀλλ' ὦ πόνηρα κόρια γ' ἀθλίω πατρὸς,
Ἀμβᾶτε ποτὰν μάδδαν, αἴχ' θύρητά πα.
Ἀκύρετον δή, ποτέχετ' ἐμὶν τὰν γαστέρα.
Πότερα πεφρᾶζ ἐξήδετ', ἢ πεινῆν κακῶς;
ΚΟΡ. Πεφρᾶζ, πεφρᾶζ.
ΜΕΓ. Ἐγώνγα καὐτὸς φαμι. τίς δ' ἔτως ἄνυς,
Ὅς ὑμέ κα πείαιτο φανερὰν ζαμίαν.
Ἀλλ' ἔτι γάρ μοι Μεγαρικά τις μαχανά.
Χοίρυς γ' ὑμὲ σκυλάσας Φασῶ φέρειν.
Πεείθεσθε τάσδε τὰς ὁπλὰς τὼ χοιρίων·
Ὅπως δὲ δοξεῖτ' ἦμιν ἐξ ἀγαθᾶς ὑός.
Ὡς ναὶ τὼ Ἑρμᾶν, εἴῳρ ἴξετ' οἴκαδες,
Τὰ φρᾶζα πειρασεῖσθε τᾶς λιμῦ κακῶς.
Ἀλλ' ἀμφίθεσθε κὴ τασδὶ τὰ ῥυγχία,
Κἠπείλετ' ἐς τὼ σάκκον ὧδ' ἐσβαίνετε.
Ὅπως δὲ χρυλλιξεῖτε κὴ κοΐξετε,
Χἠσεῖτε φωνὰν χοιρίων μυστικῶν.
Ἐγὼν δὲ καρυξῶ γε Δικαιόπολιν. ὅπα
Δικαιόπολις; ἢ λῆς πείαζ χοιρία;

vs. 729. ΜΕΓ.] Ad indicandam extremam Paupertatem Megarensium & miseriam ex bello ortam, introducit Megarensem hominem; qui venum ducit filias suas: quas ridiculi causa induit specie porcorum. Loquitur autem Dorice; nam Megarenses erant Dorienses.

vs. 730. Τυ] Pro σύ· ut in Equitibus vs. 1220. ἰγὼ δὲ τυ ἰσιδάιξα, καθαρπάσιμι.

Ibid. Ἄῳρ] Pro ἦρ i. e. ὥσπερ. Semel moneo, apud Dores η in α, & α in η mutari.

vs. 732. Ἀμβᾶτε ποτὰν αἴχ' θύρητά πα] Pro ἀνάβητε πρὸς τὴν μᾶζαν ἰὰν εὔρητά πα. contractum ex ἀναβάετε ἃ βάω, unde βίβημι.

vs. 733. Ποτέχετ' ἐμὶν] Pro προσέχετε ἐμοί. Dicit autem τὴν γαστέρα, pro τὸν τῶν, παρ' ὑπόνοιαν.

vs. 736. Ἐγώνγα] Pro ἐγωγε.

vs. 739. Τμὶ] Pro ὑμᾶς.

Ibid. Φασῶ] Φήσω.

vs. 741. Δοξεῖτε ἦμιν] Pro δόξετε εἶναι.

vs. 742. Ἴξετ' οἴκαδες] Pro ἵξεσθε, aut ἥξετε, οἴκαδε. Editio Farrei: οἴκαδις. ut infra vs. 779.

vs. 748.

ACTUS

SCENA SECUNDA.

MEGARENSIS, PUELLAE.

MEG. Salve forum Athenienſe, optatum Megarenſibus.
Deſideravi te quaſi matrem, ita me Jupiter praeſes amicitiae amet.
At ô filiae miſerae patris aerumnoſi,
Aſcendite ad mazam, ſi modo eam alicubi inveniatis.
Audite jam, & huc advertite ventrem:
Utrum vendi vultis, an peſſime eſurire?
FIL. Vendi, vendi.
MEG. Ego ipſe idem ajo. Sed quis ita ineptus eſt,
Qui vos emat, damnum certum?
Sed eſt mihi Megaricum quoddam machinamentum.
Ornatu porcarum vos induam, & me porcas ferre dicam.
Induite nunc iſtas ungulas porcorum:
Et date operam, ut videamini eſſe ex bona ſcropha.
Nam, ita me Mercurius amet, ſi domum redieritis,
Summam experiemini famem peſſimis modis.
Sed induite & haec roſtra.
Deinde in ſaccum ſic irrepite.
Sed videte ut grunniatis & köi dicatis,
Et mittatis vocem porcellorum myſticorum.
Ego vero vocabo Dicaeopolin. Ubi
Dicaeopolis? an vis mercari porcas?

vſ. 743. Τὰ πρᾶτα] Pro τὰ πρῶτα, ut habet editio Farrei. τὰ πρῶτα τῆς pro τῇ λιμῇ, *ſumma fames*, exponente ita Scholiaſte. De hac phraſi vide ad Ranas vſ. 424.

Ibid. Πειρασεῖσθε] Pro πειράσεσθε, & πειραθήσεσθε.

vſ. 745. Κἤπειτεν] ita Edd. Aldi & Farrei; Juntae autem & Brubachii κἄπειθεν. nupera κἄπειτά γ'.

vſ. 746. Γρυλιξεῖτε] Pro γρυλίξετε, aut γρυλίσετε.

vſ. 747. Χ' ησειτε] Pro καὶ ἧσετε ab ἧμαι.

Ibid. Χοιρίων μυστηρικῶν] Ex Scholiis: Ὅτι ἐν τοῖς μυστηρίοις τοῖς Δήμητρος χοῖρος θύεται. ἀναίνεται δὲ τὸ ζῶον τῇ θεῷ. ἕκαστος δὲ τῶν μυουμένων ὑπὲρ ἑαυτοῦ ἔθυεν· *Quoniam in myſteriis, ſive Cereris initiorum ſacris, porcus mactatur. Hoc autem animal dicatum eſt illi Deae, & unusquisque initiandorum pro ſe ſacrificat* (porcum). Male ante legebatur hic θυομένων· ſed correxit Cl. Kuſterus. Vide infra ad vſ. 764.

vſ. 748. Κηρύξῳ] Pro κηρύξω, a κηρύσσω h. l. pro καλῶ.

vſ. 749. Λᾶς] Verbum Doricum λῶ contractum ex λάω· & ſignificat θέλω.

SCENA

ACTUS TERTII

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ, ΜΕΓΑΡΕΥΣ, ΚΟΡΑΙ.

ΔΙΚ. Τι ἀνὴρ Μεγαεικός; ΜΕΓ. Ἀγοράσοντες ἥκομες.
ΔΙΚ. Πῶς ἔχετε; ΜΕΓ. Διαπεινᾶμες αἰεὶ ποτὶ πῦρ.
ΔΙΚ. Ἀλλ' ἡδύ τοι, νὴ τὸν Δί', ὦ αὐλὸς παρῇ.
Τί δ' ἄλλο πράττεθ' οἱ Μεγαρεῖς νῦν; ΜΕΓ. Οἷα δή;
Ἀλλὰ γὰ ὅκα μέγα τινόθεν ἐμπορθόμαν,
Ἄνδρες φοβεῖσθαι τῦτ' ἔφραζον τῇ πόλει,
Ὅπως τάχιστα ἢ κάκιστ' ἀπολοίμεθα.
ΔΙΚ. Αὐτίκ' ἄρ' ἀπαλλάξεσθε πραγμάτων. ΜΕΓ. Σαμά.
Τί δ' ἄλλο; ΔΙΚ. Μεγαροῖ πῶς ὁ σῖτος ὤνιος;
ΜΕΓ. Παρ' ἀμὲ πολυπίατος, ἅτ' τοὶ θεοί.
ΔΙΚ. Ἄλας δῆν φέρεις; ΜΕΓ. Οὐχ ὑμὲς αὐτῶν ἄρχετε;
ΔΙΚ. Οὐδὲ σκόροδα; ΜΕΓ. Ποῖα σκόροδ'; ὑμὲς ὧν αἰεί,
Ὄκκ' ἐσβαλεῖτε τὼς ἀρωραῖοι μύες,
Πάσαισι τὰς ἀγλίθας ἐξορύσσετε.
ΔΙΚ. Τί δαὶ φέρεις; ΜΕΓ. Χοίρυς ἐγώνγα μυστικάς.
ΔΙΚ. Καλῶς λέγεις· ὑπόδειξον. ΜΕΓ. Ἀλλὰ μὰν καλάς.
Ἄντεινον αἰ λῇς· ὡς παχεῖαι ἢ καλαί.
ΔΙΚ. Τυτὶ τί ἦν τὸ πρᾶγμα. ΜΕΓ. Χοῖρος, ναὶ Δία.
ΔΙΚ. Τί λέγεις σύ; ποδαπὸ δ' ἐστὶ χοῖρος; ΜΕΓ. Μεγαεικά.
Ἦ ἢ χοῖρος ἐσθ' ἅδ'; ΔΙΚ. Οὐκ ἔμοιγε φαίνεται.
ΜΕΓ. Οὐ δεινά; θᾶσθε τῦδε τὰς ἀπιστίας·
Οὐ φατὶ τόνδε χοῖρον ἡμῶν; ἀλλὰ μὰν,

Αἴ

vſ. 750. Ἥκομες] Pro ἥκομεν.

vſ. 751. Διαπεινᾶμες αἰεὶ ποτὶ] Pro διαπεινῶμεν πρὸς τό. De fame Megarenſium ſupra vſ. 534. ἐντεῦθεν οἱ Μεγαρεῖς ὅτιδὴ πείνων βάδην. In Pace vſ. 432. de iisdem: ὑπὸ τᾶς λιμᾶς νὴ Δί' ἐξολωλότες.

vſ. 752. Ἀλλ' ἡδύ] Quomodo jucundum eſt *eſurire?* Nimirum illud antecedens, διαπεινᾶμες ποτὶ πῦρ, Atticus ita acceperat, ac ſi dixiſſet Megarenſis: διαπίνομεν πρὸς τὸ πῦρ· *Perpotamus ad ignem.* Hoc jam dicit jucundum eſſe, ſi etiam adſit tibiae cantus. Virg. Ecl. V.

Et multo in primis hilarans convivia Baccho,
Ante focum, ſi frigus erit; ſi meſſis, in umbra.
Vina novum fundam calathis Ariuſia nectar:
Cantabunt mihi Damoetas & Lyctius Aegon.

vſ. 754. Ὅκα μέγα τινόθεν ἐμπορευόμαν] Pro ὅτε μέν γε ἐκεῖθεν ἐνεπορευόμην. Eſt autem τινόθεν, a τῆνο i. e. κεῖνο & ἐκεῖνο· & τινόθεν, ut ὁρανόθεν, Ἰλιόθεν.

vſ. 755. Ἄνδρες πρόσθελοι] In Lyſiſtrata vſ. 470. πρόσθελε τᾶσδε γᾶς· ubi vide Notam.

vſ. 756. Κάκιστ' ἀπολοίμεθα] Pro σωθῶμεν, ut ait Scholiaſtes, παρ' ὑπόνοιαν, *ex inopinato;* Conſules & Antiſtites ſalutem Reip. non perniciem, procurare debent.

vſ. 757. Ἀπαλλάξεσθε πραγμάτων] Quia mors eſt finis moleſtiarum & miſeriarum.

Ibid. Σαμά] Scholia: ἀντὶ τοῦ, τί μήν· Τί γὰρ ἄλλο καταλείπεται, ἢ τοῦτο; *Pro* τί μὴν i. e. *Quid enim, dicitur* σαμά· *ut ſit: quid enim aliud reſtat, niſi hoc? nempe ut pereamus.* Etymologus in Ἄσσα, inquit: καὶ τὸ, σά, ὃ ἐστι Μεγαρικὸν, δηλοῖ τὸ, τινά· *Et illud* σά, *quod eſt Megaricum, ſignificare idem quid* τινά.

vſ. 758.

SCENA TERTIA.

DICAEOPOLIS, MEGARENSIS, PUELAE.

DIC. Quid? homo Megaricus? MEG. Ad forum venimus.
DIC. Quomodo vos habetis? MEG. Esurimus assidue ad ignem.
DIC. Suave profecto ad ignem sedere, si adsit tibicen.
Sed quid aliud agitis nunc? MEG. Quidnam? id *rogas?*
Sane cum inde discederem,
Senatores id dabant operam,
Ut quam primum pereamus pessimis modis.
DIC. Mox ergo liberabimini a malis. MEG. Sane,
Quid enim aliud? DIC. Quanti venit Megaris frumentum?
MEG. Apud nos magni aestimatur, sicut & Dii.
DIC. Fersne sal? MEG. Annon vos estis domini salis?
DIC. Nec allia? MEG. Quorum vos semper,
Cum irruptionem facitis, tanquam terreni mures,
Capita paxillo effoditis?
DIC. Sed quid fers? MEG. Fero χοίρους ad mysteria.
DIC. Pulchre dicis. ostende. MEG. Utique pulchrae sunt,
Sustolle si lubet: hem quam pingues & pulchrae.
DIC. Quid hoc rei erat? MEG. Profecto χοῖρος.
DIC. Quid tu dicis? cujas est haec χοῖρος? MEG. Megarensis.
Annon χοῖρος est? DIC. Mihi non videtur.
MEG. Nonne indignum hoc est? Spectate incredulitatem hujus.
Negat hunc esse χοῖρον. Atqui

Depone

vs. 758. Τί δ' ἄλλο;] Hoc videtur dicere Dicaeopolis. *Sed quid aliud dicam, aut ex te quaeram?* Deinde idem quaerit de pretio tritici.

vs. 759. Παρ' ἁμὲ] Pro παρ' ἡμῖν. — ἅπερ τοὶ, pro ὥσπερ, i. e. ὡσαύτως, οἱ.

Ibid. Πολυτίματ⊙.] Deorum alias epitheton est; in Vespis vs. 995. ὦ πολυτίμητοι θεοὶ ξύγγνωτέ μοι. Hic infra vs. 807. ὦ πολυτίμητ' Ἡράκλεις· & alibi. Confundit dissimilia; nam Dii ita dicuntur ab *honore*, res venales a *pretio*: utrumque autem significat vox τιμή.

vs. 762. Οὐκ' ἐσζαλεῖτε] Pro, ὅταν ἐσζάλητε. Est autem integrum ὄκκε, pro ὅκα κε· significat autem ὅκα, & est idem quod ὅτε. supra vs. 754. κε· autem & κεν, pro ἂν, apud Poëtas saepissime occurrit.

Ibid. Τὼς ἀμφαῖσι μύες] Pro ὡς ἀμφαῖσι· Synesius Epist. 103. circa finem: Δίκην ἀμφαλὶς μυὸς ἐνεδεδύκει τῇ πέτρᾳ· *instar agrestis muris petram subierat.*

vs. 763. Πάσσακι] Pro πασσάλῳ· πάσσαξ deminutivum.

vs. 764. Χοίρους μυστικοὺς] Supra vs. 747. Χοίρων μυστικῶν. Initiandi mysteriis porcum sacrificabant; in Pace vs. 373. ἐς χοιρίδιόν μοι νῦν δάνεισον τρεῖς δραχμάς· δεῖ γάρ μυηθῆναί με. Ubi Scholia: ὅτι τοῖς μυουμένοις ἐστὶν ἐθ⊙ χοιρίδιον θύειν ἐξ ἀνάγκης. *Qui initiantur, illos necesse est sacrificare porcellum.*

vs. 766. Ἄγετον αὖ λῆς] Pro, ἀνάγετον εἰ θέλεις.

vs. 767. Χοῖρ⊙.] Ludunt in ambiguitate hujus vocis; quae non tantum *porcum* significat, sed & τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον.

vs. 770. Θᾶσθαι] Pro θεᾶσθε & θεάσασθαι.

vs. 771. Οὐ φατί — ἦμεν] Pro ἃ φησιν — εἶναι.

Αἰ λῇς, ϖεισθῦ νῦν μοι ϖεὶ θυμιτᾶν ἀλῶν,
Αἰ μή 'στιν ὕτ@ χοῖρ@ Ἑλλάνων νόμῳ.
ΔΙΚ. Ἀλλ' ἔστιν ἀνθρώπῳ γε. ΜΕΓ. Ναὶ τ Διοκλέα,
Ἐμάγα. σὺ δέ νιν ἤμεναι πίν@ δοκεῖς;
Ἢ λῇς ἀκῦσαι φθεγγομένας; ΔΙΚ. Νὴ τὼς θεώς
Ἔγωγε. ΜΕΓ. Φώνᾳ δὴ τὺ ταχέως χοιρίδιον·
Οὐ χρῆσθα σιγᾶς, ὦ κάκιστ' ἀπολυμένα·
Πάλιν τύγ' ἀπισῶ, ναὶ μὰ τ Ἑρμᾶν, οἴκαδις.
ΚΟΡ. Κοΐ, κοΐ.
ΜΕΓ. Αὕτα 'σι χοῖρ@. ΔΙΚ. Νῦν γε χοῖρ@ φαίνεται·
Ἀπὸς ἐκτραφείς γε, κὐδ@ ἔτας πέντ' ἐτῶν.
ΜΕΓ. Σάφ' ἴσθι ποτὰν ματὲς' εἰκαθήσεϊ.
ΔΙΚ. Ἀλλ' ὐδὲ θύσιμός 'στιν αὐτηΐ. ΜΕΓ. Σαμάν.
Πᾶ δ' ἐχὶ θύσιμός 'στι; ΔΙΚ. Κέρκον οὐκ ἔχϝ.
ΜΕΓ. Νέα γάρ ἐστιν, ἀλλὰ δελφακιμμία
Ἐξεῖ μεγάλαν τε ὐ παχεῖαν κἠγυθεάν.
Ἀλλ' αἰ τράφει λῇς, ἄδε τοι χοῖς@ καλά.
ΔΙΚ. Ὡς ξυγγενὴς ὁ κύδ@ αὐτῆς θατέρᾳ.
ΜΕΓ. Ὁμοματεία γάς 'στι, κἠκ ταὐτᾶ πατρός.
Αἰ δ' ἀν παχυνθῇ, κἀναχοαυθῇ γ' ὁ τειχὲ,
Κάλλιστός 'στι χοῖς@ Ἀφροδίτᾳ θύειν.
ΔΙΚ. Ἀλλ' ὐχὶ χοῖς@ τῇ Ἀφροδίτῃ θύεϊ.
ΜΕΓ. Οὐ χοῖς@; Ἀφροδίτᾳ μόνᾳ γε δαιμόνων,
Καὶ γίνεταί γα τᾶνδε τᾶν χοίρων τὸ κρῆς
Ἄδιστον, ἀν τ ὀδελὸν ἐμπεπαρμένον.
ΔΙΚ. Ἦδη δ' ἄνθυ τ μητρὸς ἐθέλοιεν ἄν;
ΜΕΓ. Ναὶ τ Ποτείδαν ἀν, κανθυ γα τῶ πατρός.
ΔΙΚ. Τί δ' ἐθέλῃ μάλιστα; ΜΕΓ. Πάνθ' ἁ ὐ δίδως.
Αὐτὸς δ' ἐρώτη. ΔΙΚ. Χοῖρε, χοῖρε. ΚΟΡ. Κοΐ, κοΐ.
ΔΙΚ. Τρώγοις ἀν ἐρεβίνθους; ΚΟΡ. Κοΐ, κοΐ.
ΔΙΚ. Τί δαὶ Φιβάλεως ἰσχάδας; ΚΟΡ. Κοΐ, κοΐ.
ΔΙΚ. Τί δαὶ σῦκα τρώγοις αὐτὸς ἄν; ΚΟΡ. Κοΐ, κοΐ.
ΔΙΚ. Ὡς ὀξὺ ϖεὸς τὰς ἰσχάδας κεκράγατε.

Ἐνεγ-

vſ. 772. Αἰ λῇς ϖεισθῦ] Facit hujus verſus mentionem Scholiaſtes ad Equites vſ. 788.

Ibid. Θυμιτᾶν] Dorice pro Θυμιτῶν, a Θυμίτης. Infra, vſ. 1098. ἀλὰς Θυμίτας οἷσι παῖ παι κρέμμυα. Ante legebatur Θυμιτιδᾶν· ſed, praeeunte Cl. Kuſtero, delevi duas literas.

vſ. 778. Οὐ χρῆσθα σιγᾶς] Euripides in Hippolyto vſ. 911. σιγὴς· σιωπὴς δ' οὐδὲν ἔχουσι ἐν κακοῖς. *Taces; at ſilentio nihil opus eſt in malis.*

vſ. 779. Πάλιν τύγ' ἀπισῶ] Pro πάλιν σίγ' ἀπίσω.

Ibid. Οἴκαδις] Supra vſ. 742.

vſ. 781. Νῦν γε χοῖρ@ φαίνεται] Ex voce demum puellarum, cognoſcit eas eſſe porcas; in Veſpis vſ. 570. εἰ δ' αὖ τοῖς χειριδίοις χαίρω δυγατρὸς φωνῇ με πιθέσθαι.

vſ. 785. Κέρκον οὐκ ἔχει] Nempe, qualem habet Mneſilochus

Si lubet, depone mecum ſalem cum thymo tritum,
Si non eſt iſte χοῖρος Graecorum lingua.
DIC. Sed eſt hominis. MEG. Ita, per Dioclem juro,
Et quidem mea; tu vero ipſam cujus eſſe putas?
An cupis audire vocem earum? DIC. Ita me Dii ament,
Cupio. MEG. Tu χοῖρε mitte ocyus vocem:
Non opus eſt tibi ſilentio, perditiſſima.
Imo per Mercurium, me reportaturum te domum.
FIL. Koi, koi.
MEG. Haec eſt χοῖρος *porcella*. DIC. Nunc ſane videtur.
Sed ſi nutriatur, cunnus erit quinquennis.
MEG. Certo ſcias, matri ſimilis erit.
DIC. Sed nec ſacrificari haec poteſt. MEG. Quid ita?
Quomodo ſacrificari non poteſt? DIC. Caudam non habet.
MEG. Juvencula enim eſt, ſed adulta
Habebit magnam, & craſſam, & rubram.
Sed ſi alere vis, haec χοῖρος eſt bona.
DIC. Quam ſimilis eſt hujus cunnus alterius cunno.
MEG. Sunt enim ex eadem matre & ex eodem patre.
Si vero pinguis factus fuerit, & lanugo ei creverit,
Aptiſſimus eſt χοῖρος, qui Veneri ſacrificetur.
DIC. Sed Veneri χοῖρος non ſolet ſacrificari.
MEG. Annon χοῖρος? imo ſoli Veneri,
Et fit caro iſtarum χοίρων
Suaviſſima, cum veru figitur.
DIC. Num comederent ſine matre?
MEG. Imo, ita me Neptunus amet, & ſine patre.
DIC. Quid potiſſimum comedunt? MEG. Quicquid dederis:
Ipſe interroga eas. DIC. Porcelle, porcelle. FIL. Koi, koi.
DIC. Comederesne ciceres? FIL. Koi, koi.
DIC. Num etiam caricas? FIL. Koi, koi.
DIC. Num etiam ficus comederes. FIL. Koi, koi.
DIC. Quam acute ad caricas clamaſtis.

Ferat

ſilochus in Thesmoph. vſ. 245. τὴν κέρκον φυλάττῃ. Et Horat. *Teſtes caudamque ſalacem.* Sunt haec ſpurca.
vſ. 787. Ἐξεῖ] Pro, ἔξω. κήρυθρὰν· pro κέρυθρὰν i. e. καὶ ἐρυθράν.
vſ. 788. Αἳ πράσιν λῆς] Pro, εἰ τρίφειν θέλεις.
vſ. 791. Καναχήσαιδ' ἂν] A verbo χναίνω· quod eſt a χνάω· contracte χνῶ. in Nubibus vſ. 974. τοῖς αἰδοίοισι δρόσῳ· καὶ χνῶς, ὥσπερ μήλοισιν, ἐπήνθει.
vſ. 796. Ἂν τὸν ὀθνεῖον ἐμπεπαρμένον] Pro ἀντὶ τοῦ ὀθνείου πεπαρμένον. Haec allegorice dicuntur; infra vſ. 1006. proprie: φέρε τὰς ὀθνείσκας ἵν' ἀναπτίξω τὰς κίχλας.
vſ. 798. Ποτειδᾶν] Pro Ποσειδῶ· τῶ, pro τῷ.
vſ. 802. Φιλώσεως] Videantur Lexicographi Graeci. Praecipue Athenaeus III. p. 75.

Ἐνεγκάτω τις ἔνδοθεν τὴ ἰχάδων
Τοῖς χοιριδίοισιν. ἆρα τρώξονθ'; βαβαὶ,
Οἷον ῥοθιάζουσ', ὦ πολυτίμηθ' Ἡράκλεις.
Ποδαπὰ τὰ χοιρί'; ὡς τραγασαῖα φαίνεθ'.
Ἀλλ' ὐχὶ πάσας κατέτραγον τὰς ἰχάδας.
ΜΕΓ. Ἐγὼ γὰρ αὐτῶν τάνδε μίαν ἀνειλόμαν.
ΔΙΚ. Νὴ τὸν Δί', ἀτεὶώ γε τὼ βοσκήματε.
Πόσου πείσομαί σοι τὰ χοιρίδια λέγε.
ΜΕΓ. Τὸ μὲν ἕτερον τυτθὸν, σκορόδων τροπαλίδιον·
Τὸ δ' ἄτερον, αὖ λῆς, χοίνικος μόνας ἁλῶν.
ΔΙΚ. Ὠνήσομαί σοι. ταῦτ' ἐμὲν αὐτῦ· ΜΕΓ. Ταῦτα δή,
Ἔρμ' Ἐμπολαῖε, τὰν γυναῖκα τὰν ἐμὰν
Οὕτω μ' ἀποδόσθαι, τάν τ' ἐμαυτῦ ματέρα.

ACTUS TERTII

ΣΥΚΟΦΑΝΤΗΣ, ΜΕΓΑΡΕΥΣ, ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

ΣΥΚ. Ἄνθρωπε, ποδαπός; ΜΕΓ. Χοιροπώλας Μεγαεικός.
ΣΥΚ. Τὰ χοιρίδια τοίνυν γ' ἐγὼ φανῶ ταδί
Πολέμια, κοὐ σέ. ΜΕΓ. Τῦτ' ὀκνεῖν ἥκει πάλιν,
Ὅθενπερ δεῦρο τὸ κακῶν ἁμῖν ἔφυ.
ΣΥΚ. Κλάων Μεγαρεῖς. οὐκ ἀφήσεις τὸν σάκον;
ΜΕΓ. Δικαιόπολι, Δικαιόπολι, φαντάζομαι.
ΔΙΚ. Ὑπὸ τῦ; τίς ὁ φαίνων σ' ἐστίν; Οἱ δ' ἀγοραῖοι
Τὺς συκοφάντας ὦ θύραζ' ἐξείρξετε;
Τίν' ἀθὼν φαίνεις ἄνθυ θρυαλλίδος;
ΣΥΚ. Οὐ γὰρ φανῶ τὺς πολεμίους; ΔΙΚ. Κλάων γε σύ,
Εἰ μὴ ἐτέρωσε συκοφαντήσεις ἰών.
ΜΕΓ. Οἷον τὸ κακὸν οἱ ταῖς Ἀθήναις τῦτ' ἔνι.
ΔΙΚ. Θάρρει Μεγαεῖ· ἀλλ' ἧς τὰ χοιρίδι' ἀπέδω
Τιμῆς, λαβὲ ταυτὶ τὰ σκόροδα καὶ τὺς ἅλας,

Καὶ

vs. 807. Ὦ πολυτίμηθ' Ἡράκλεις] In Thesm. vs. 601. ὦ πολυτιμήτω θεώ. Vide paulo ante.

vs. 808. Τραγασαῖα] Tragasae est nomen urbis; τραγεῖν vorare; quia vero bene vorarent porcelli, dicit eos esse ex illa urbe propter similitudinem vocum. Vide infra, vs. 853.

vs. 815. Ταῦτα δή.] Est mirantis, ut in Avibus vs. 802. ταυτὶ τοιαυτί.

vs. 817. Ἀποδόσθαι] Ellipsis verbi γένοιτο, inquit Scholiastes. Extrema miseria hominis, qui optime secum putat actum, licet vilissimo pretio vendiderit filias: quin & conjugem & matrem ita cupit vendere.

vs. 818.

Ferat aliquis e domo caricas aliquot
Porcellis: anne etiam comedent? papae!
Quanto vorant cum ſtrepitu, ô magne Hercules!
Cujates ſunt iſti porcelli? nam Tragaſaeae & *voraces* videntur.
Sed non omnes caricas comederunt.
MEG. Quia ego unam earum ſuſtuli, hancce.
DIC. Profecto lepidae pecudes iſtae ſunt.
Quanti emerim a te hos porcellos? dic.
MEG. Alterum eorum manipulo alliorum;
Alterum autem, ſi volueris, uno choenice ſalis.
DIC. Emam abs te, expecta hic. MEG. Haec quidem bene evenerunt,
Mercuri Praeſes mercatorum, da ut uxorem meam
Sic vendam, meamque ipſius matrem.

SCENA QUARTA.

SYCOPHANTA, MEGARENSIS, DICAEOPOLIS.

SYC. Heus tu, cujas es? MEG. Megarenſis porculator.
SYC. Porcellos itaque iſtos ego deferam
Tanquam hoſtiles, & te ipſum. MEG. Hoc illud eſt,
Unde principium malorum nobis eſt exortum.
SYC. Cum magno malo tuo Megariſſabis: nonne dimittes ſaccum?
MEG. Dicaeopolis, Dicaeopolis, deferor.
DIC. A quo? quis eſt qui defert? vos vero fori praeſides
Nonne excludetis delatores foras?
Quid tibi evenit, ut hunc ſine funalibus deferas & oſtendas?
SYC. Annon deferam hoſtes? DIC. Cum magno malo tuo;
Niſi aliorſum vero abeas, ubi artem tuam exerceas.
MEG. Quale hoc Athenis malum ineſt.
DIC. Bono animo es Megarice: & quo porcellos vendidiſti
Pretio, id accipe, allia inquam iſta & ſalem:

Mul-

vſ. 818. ΣΥΚ.] Intervenit Sycophanta. Sumit autem Poëta occaſionem perſtringendi Athenienſes, quia multos patiantur eſſe in civitate Sycophantas, ut etiam infra vſ. 908.

vſ. 823. *Φαντάζομαι*] Pro *συκοφαντῶμαι*.

vſ. 824. *Οἱ δ' ἀγοραῖοι*] Male hic in Edd. Aldina, Juntina, & nupera, praemiſſum MEG. recte autem Edd. Farrei & Brub. quas hic ſequimur.

vſ. 826. *Τὰ μαθών;*] Vide ad Veſpas vſ. 251.

Ibid. *Φαίνει ἄπυ θρυαλλίδων*] Infra vſ. 917. *Ἔπειτα φαίνεις ὄντα διὰ θρυαλλίδας*; utrobique miſcet inter ſe diverſas ſignificationes verbi *φαίνειν*.

Ἐνεγκάτω τις ἔνδοθεν τὴ ἰχάδων
Τοῖς χοιριδίοισιν. ἆρα τρώξονθ'; βαβαὶ,
Οἷον ῥοθιάζουσ', ὦ πολυτίμηθ' Ἡράκλεις.
Ποδαπὰ τὰ χοιρί'; ὡς τραγασαῖα φαίνεθ'.
Ἀλλ' ὐχὶ πάσας κατέτραγον τὰς ἰχάδας.
ΜΕΓ. Ἐγὼ γὰρ αὐτῶν τάνδε μίαν ἀνειλόμαν.
ΔΙΚ. Νὴ τὸν Δί', ἀτεὶώ γε τὼ βοσκήματε.
Πόσου πείσομαί σοι τὰ χοιρίδια λέγε.
ΜΕΓ. Τὸ μὲν ἕτερον τυτθὸν, σκορόδων τροπαλίδιον·
Τὸ δ' ἄτερον, αὖ λῆς, χοίνικος μόνας ἁλῶν.
ΔΙΚ. Ὠνήσομαί σοι. ταῦτ' ἐμὲν αὐτῦ· ΜΕΓ. Ταῦτα δή,
Ἔρμ' Ἐμπολαῖε, τὰν γυναῖκα τὰν ἐμὰν
Οὕτω μ' ἀποδόσθαι, τάν τ' ἐμαυτῦ ματέρα.

ACTUS TERTII

ΣΥΚΟΦΑΝΤΗΣ, ΜΕΓΑΡΕΥΣ, ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

ΣΥΚ. Ἄνθρωπε, ποδαπός; ΜΕΓ. Χοιροπώλας Μεγαεικός.
ΣΥΚ. Τὰ χοιρίδια τοίνυν γ' ἐγὼ φανῶ ταδί
Πολέμια, κοὐ σέ. ΜΕΓ. Τῦτ' ὀκνεῖν ἥκει πάλιν,
Ὅθενπερ δεῦρο τὸ κακῶν ἁμῖν ἔφυ.
ΣΥΚ. Κλάων Μεγαρεῖς. οὐκ ἀφήσεις τὸν σάκον;
ΜΕΓ. Δικαιόπολι, Δικαιόπολι, φαντάζομαι.
ΔΙΚ. Ὑπὸ τῦ; τίς ὁ φαίνων σ' ἐστίν; Οἱ δ' ἀγοραῖοι
Τὺς συκοφάντας ὦ θύραζ' ἐξείρξετε;
Τίν' ἀθὼν φαίνεις ἄνθυ θρυαλλίδος;
ΣΥΚ. Οὐ γὰρ φανῶ τὺς πολεμίους; ΔΙΚ. Κλάων γε σύ,
Εἰ μὴ ἐτέρωσε συκοφαντήσεις ἰών.
ΜΕΓ. Οἷον τὸ κακὸν οἱ ταῖς Ἀθήναις τῦτ' ἔνι.
ΔΙΚ. Θάρρει Μεγαεῖ· ἀλλ' ἧς τὰ χοιρίδι' ἀπέδω
Τιμῆς, λαβὲ ταυτὶ τὰ σκόροδα καὶ τὺς ἅλας,

Καὶ

vs. 807. Ὦ πολυτίμηθ' Ἡράκλεις] In Thesm. vs. 601. ὦ πολυτιμήτω θεώ. Vide paulo ante.

vs. 808. Τραγασαῖα] Tragasae est nomen urbis; τραγεῖν vorare; quia vero bene vorarent porcelli, dicit eos esse ex illa urbe propter similitudinem vocum. Vide infra, vs. 853.

vs. 815. Ταῦτα δή.] Est mirantis, ut in Avibus vs. 802. ταυτὶ τοιαυτί.

vs. 817. Ἀποδόσθαι] Ellipsis verbi γένοιτο, inquit Scholiastes. Extrema miseria hominis, qui optime secum putat actum, licet vilissimo pretio vendiderit filias: quin & conjugem & matrem ita cupit vendere.

vs. 818.

Ferat aliquis e domo caricas aliquot
Porcellis: anne etiam comedent? papae!
Quanto vorant cum ſtrepitu, ô magne Hercules!
Cujates ſunt iſti porcelli? nam Tragaſaeae & *voraces* videntur.
Sed non omnes caricas comederunt.
MEG. Quia ego unam earum ſuſtuli, hancce.
DIC. Profecto lepidae pecudes iſtae ſunt.
Quanti emerim a te hos porcellos? dic.
MEG. Alterum eorum manipulo alliorum;
Alterum autem, ſi volueris, uno choenice ſalis.
DIC. Emam abs te, expecta hic. MEG. Haec quidem bene evenerunt,
Mercuri Praeſes mercatorum, da ut uxorem meam
Sic vendam, meamque ipſius matrem.

SCENA QUARTA.

SYCOPHANTA, MEGARENSIS, DICAEOPOLIS.

SYC. Heus tu, cujas es? MEG. Megarenſis porculator.
SYC. Porcellos itaque iſtos ego deferam
Tanquam hoſtiles, & te ipſum. MEG. Hoc illud eſt,
Unde principium malorum nobis eſt exortum.
SYC. Cum magno malo tuo Megariſſabis: nonne dimittes ſaccum?
MEG. Dicaeopolis, Dicaeopolis, deferor.
DIC. A quo? quis eſt qui defert? vos vero fori praeſides
Nonne excludetis delatores foras?
Quid tibi evenit, ut hunc ſine funalibus deferas & oſtendas?
SYC. Annon deferam hoſtes? DIC. Cum magno malo tuo;
Niſi aliorſum vero abeas, ubi artem tuam exerceas.
MEG. Quale hoc Athenis malum ineſt.
DIC. Bono animo es Megarice: & quo porcellos vendidiſti
Pretio, id accipe, allia inquam iſta & ſalem:

Mul-

vſ. 818. ΣΥΚ.] Intervenit Sycophanta. Sumit autem Poëta occaſionem perſtringendi Athenienſes, quia multos patiantur eſſe in civitate Sycophantas, ut etiam infra vſ. 908.

vſ. 823. *Φαντάζομαι*] Pro *συκοφαντῶμαι*.

vſ. 824. *Οἱ δ' ἀγοραῖοι*] Male hic in Edd. Aldina, Juntina, & nupera, praemiſſum MEG. recte autem Edd. Farrei & Brub. quas hic ſequimur.

vſ. 826. *Τὰ μαθών;*] Vide ad Veſpas vſ. 251.

Ibid. *Φαίνει ἄπυ θρυαλλίδων*] Infra vſ. 917. *Ἔπειτα φαίνεις ὄντα διὰ θρυαλλίδας*; utrobique miſcet inter ſe diverſas ſignificationes verbi *φαίνειν*.

Καὶ χαῖρε πολλά γ'. ΜΕΓ. Ἀλλὰ μὴ σὺ νῦν ὅπι χώρει.
ΔΙΚ. Πολυπραγμοσύνης νῦν ἐς κεφαλὴν τρέποιτ' ἐμοί.
ΜΕΓ. Ὦ χρυσίδια περιῴδε κἄνις τοῦ πατρὸς
Παίειν ἐφ' ἁλὶ τὰν μάζαν, αἰκία τις διδῷ.

ΣΤΡΟΦΗ ΚΩΛΩΝ κδ.

ΧΟΡ. Εὐδαιμονεῖ γ' ἄνθρωπος. οὐκ ἤκουσας οἷ περβαίνῃ
Τὸ πρᾶγμα τῆς βουλήματος; καρπώσεται γὼ ἀνὴρ
Ἐν τῇ χώρᾳ καθήμενος.
Κἂν εἰσίῃ τις Κτησίας,
Ἢ συκοφάντης ἄλλος, οἰ-
μώζων καθεδεῖται·
Οὐδ' ἄλλος ἀνθρώπων ὑποψωνῶν σε πιμανεῖται·
Οὐδ' ἐξομόρξεταί σε Πρέπις ἢ θὑρυπρωκτίαν σοι·
Οὐδ' ὠτιεῖ Κλεωνύμῳ.
Χλαῖναν δ' ἔχων φαιλῶν, δίφ.
Κὐ ξυντυχὼν Ὑπέρβολος
Δικῶν ἀναπλήσει.
Οὐδ' ὑντυχὼν σὺ τῇ χώρᾳ περύσεισί σοι βαδίζων
Κρατῖνος ἀεὶ κεκαρμένος μοιχὸν μιᾷ μαχαίρᾳ.
Οὐδ' ὁ περιπόνηρος Ἀρτέμων,
Ὁ ταχὺς ἄγαν τὼ μυσικὼ,
Ὄζων κακὸν τὸ μαχαλᾶν,
Πατρὸς πεπαυσάνθ'.

Οὐδ'

vs. 833. Πολυπραγμοσύνης] Subaudirur ἔνεκα, ut monet Scholiastes. Dicit autem; quoniam te minus oportune salutavi; velim ut ad me revertatur salus. De ἐς κεφαλὴν vide ad Plutum vs. 526.

vs. 834. Περιῴδε κἄνις] Pro περιᾴσθ κἄνυ. i. e καὶ ἄνυ. Supra vs. 797. Megaricus iste utebatur particula ἄνυ ex communi dialecto.

vs. 835. Παίειν ἐφ' ἁλὶ τὰν] Scholia: ἐσθίειν μετὰ τῶν ἁλῶν τὸν ἄρτον· διὰ τὸ ἄπορον προσφαγεῖν. *Comedere cum sale panem; propter defectum obsonii.* De παίειν Hesychius: Παίει, τύπτει. πλήττει, κρούει, δέρει, ἢ ΕΣΘΙΕΙ. affine est πίσασθαι. Praepositionem ἐπὶ recte exponit Scholiastes per μετά. Comicus in Pluto vs. 628. μεμιγυλημένοι —— ἐπ' ὀλιγίστοις ἀλφίτοις.

Ibid. Μάζαν] Ita omnes Edd. priſtinae, non μάδδαν· quod quidem Doricum eſt; ſed nihil temere mutandum.

vs. 836. ΧΟΡ.] Chorus felicem praedicat Dicaeopolidem, & obiter quosdam traducit.

vs. 843. Οὐδ' ἐξομόρξεται —— τὴν ὑυρυπρωκτίαν σοι.] Euripides in Bacchis vs. 344. Μηδ' ἐξομόρξῃ μωρίαν τὴν σὴν ἐμοί. *Neque exterges in me ſtultitiam tuam.* Syneſius Epiſt. 44. in fine; εἰ δυγγάνων ἡμῶν, ἐκαπομόρξῃ τὴν πρόσπτυξιν. *Nam contactu tuo affricabis nobis piaculum.* ſive: *maculabis nos ſcelere.* Idem autem eſt ἐξομόργνυσθαι quod ἐκμάσσειν· Euripides in Hercule Furente vs. 1399. Ἀλλ' αἷμα μὲ σοῖς ἐξομόρξωμαι πέπλοις. deinde alter: Ἐκμασσε· φίλτρα μηδὲν ——. *Sed vereor ne ſanguinem &c.*

Ibid. Πρέπις] Scholia: ὡς καταπύγων δὲ κατανοῦνται ὁ Πρέπις. *Notatur autem Prepis tanquam impudicus*, ſive, *mollis, effoeminatus, cinaedus, patbicus.*

vs. 844. Ὠτιεῖ Κλεωνύμῳ] Supra vs. 24. ὠτιῶνται ἀλλήλοις. Cleonymum autem jam notat tanquam helluonem, qui ſaepe in forum veniat obſonatum. Vide ad

Equites

Multumque vale. MEG. Sed hoc ſtatus noſtrae patriae non fert.
DIC. In meum ergo caput revertatur illud vale, quòniam alias res egi.
MEG. ô Porcelli, nunc facite periculum, an ſine patre poſſitis
Edere cum ſale mazam, ſi modo quis dederit.

STROPHE VERSUUM XXIV.

CHOR. Sane iſte homo beatus eſt: nonne audiviſti quo evadat
Conſilium illud? lucrum faciet ille
In foro deſidens:
Et, ſi quis ingreſſus fuerit Cteſias,
Aut delator alius, e-
julans ſedebit:
Nec alius quisquam clam opſonans te, ô Dicaeopolis, damno afficiet:
Nec affricabit Prepis impudicitiam tibi:
Nec tibi cum Cleonymo in turba luctandum erit:
Verum laenam habens nitidam tranſibis:
Nec in Hyperbolum incidens
Litibus impleberis. (*non intendet lites tibi.*)
Nec in foro ambulans, obvius ad te accedet
Cratinus ſemper cinaedice tonſus.
Nec improbiſſimus ille Artemo,
Nimis expeditus arte muſica (*extemporaneus Poëta,*)
Cui alae olent peſſime
Hircum.

Neque

Equites vſ. 1289.

vſ. 845. Χλαῖναν —— φαινήν.] In Eccleſ. vſ. 348. σισύρα φαινή.

vſ. 846. Ὑπέρλογος.] Hunc tanquam litigioſum nunc notat. Crebra ejus mentio.

vſ. 849. Μειχὸν.] Scholia: μειχὸς δὲ εἶδος καὶ ὄνομα κυρᾶς ἀτριπτῶς καὶ κιναιδώδως. *Moechus* (hoc loco) *& ſpecies & nomen raſurae parum honeſtae, & cinaedicae.*

Ibid. Μιᾷ μαχαίρᾳ.] Videndus Heſychius.

vſ. 850. Ὁ περιπόνηρος Ἀρτέμων.] Scholia: ὡς τὴν ἕλκουσαν· ὁ περιόρυστος Ἀρτέμων ἀπὸ παροιμίας, ἧς μέμνηται καὶ Ἀναξίων, ταχθείσης ἐπὶ καλῇ καὶ ἁπαζομένῃ πρὸς πάντων παιδός· παρ' ὑπόνοιαν δὲ ἔφη τὸ Ἀρτέμων· ἀ γάρ τίστοι, ἀλλὰ Κρατῖνον βέλεται δηλῶσαι. *Quaſi dicat;* ὁ περιόρυστος Ἀρτέμων· i. e. *qui circumfertur. Ex proverbio quodam, cujus meminit etiam Anacreon, quod dicitur de puero pulchro, qui ab omnibus rapitur. Praeter expectationem autem fecit mentionem Artemonis; non enim hunc, ſed Cratinum vult ſignificare.* Locum Anacreontis de proverbio illo non adducit Scholiaſtes; ſed ille extat apud Athenaeum XII. p. 531. Ξανθὴ δ' Εὐρυπύλη μέλει ὁ περιόρυστος Ἀρτέμων. *Flavae Eurypylae cura eſt Artemo, qui ſemper circumfertur.* Ubi aliter exponitur vox περιόρυστος· nempe, ita dictum eſſe Artemonem, quia molliter viveret, & in lectica circumportaretur. Ejusdem Anacreontis de Artemone ibi legiuntur haec verba: ἀστεπώλησι καὶ ἑθελοπόρνοισιν ὁμιλέων ὁ πονηρὸς Ἀρτέμων. *Cum piſtoribus & voluntariis proſtibulis conſuetudinem habens improbus ille Artemo.* Quae verba credo ſimul in animo habuiſſe Comicum; & ſic pro περιφόρυστος, dixiſſe, περιπόνηρος.

vſ. 853. Τραγασαίῃς.] Ludit in vocibus τράγος *hircus* & Τράγασαι· quod eſt nomen proprium urbis. Vide & ſupra vſ. 808. Vult autem eum τραγομάσχαλον dicere, quae vox extat in Pace vſ. 813.

Οὔδ' αἴθις αὖ σε σκώψει Παύσων ὁ παμπόνηρος,
Λυσίστρατός τ' οὐ ἀγορᾷ, Χολαργέων ὄνειδος,
Ὁ περιαλγὴς τοῖς κακοῖς,
Ῥιγῶν τε καὶ πεινῶν ἀεὶ
Πλεῖν ἢ τριάκονθ' ἡμέρας
Τῇ μηνὸς ἑκάστῃ.

ACTUS QUARTI

ΒΟΙΩΤΟΣ, ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

ΒΟΙ. Ἰτέω Ἡρακλῆς· ἔκαμόν γα τὰν τύλαν κακῶς.
Κατάθω τὺ τὰν γλάχων' ἀτρέμας, Ἰσμηνία.
Ὑμὲς δ' ὅσοι Θείβαθεν αὐλητὰ πάρα,
Τοῖς ὀσίνοις φυσῆτε τὸ πρωκτὸν κιτύος.
ΔΙΚ. Παῦ ἐς κόρακας. οἱ σφῆκες οὐκ ἀπὸ τ' θυρῶν;
Πόθεν ποθ' ἑσπέπαν οἱ κακῶς ἀπολώμενοι
Ἐπὶ τὼ θύραν μοι Χαλκιδεῖς βομβαύλιοι.
ΒΟΙ. Νὴ τὸν Ἴολαον, ὀπιχαείπως ἂν γ', ὦ ξένε.
Θείβαθι γὼ φυσάντες ἐξόπιθέ μω,
Καί τ' ἄνθεα τᾶς γλάχωνος ἀπέκιξαν χαμαί.
Ἀλλ' εἴ τι βύλῃ πείσομαί τ' ἐγὼ φέρω,
Τῶν ὀρταλίχων, ἢ τ' τετραπέρυλλίδων.
ΔΙΚ. Ὦ χαῖρε κολικοφάγε Βοιωτίδιον.
Τί φέρεις; ΒΟΙ. Ὅσ' ἔστ' ἂν ἀγαθὰ Βοιωτοῖς ἁπλῶς,
Ὀείγανον, γλαχὼ, ψιάθως, θρυαλλίδας,
Νάσας, κολοιώς, ἀπαγᾶς, φαλαείδας,
Τροχίλως, κολύμβως. ΔΙΚ. Ὡσπερεὶ χειμὼν ἄρα

Ὀργι-

vſ. 854. Παίσων] Vide ad Plutum vſ. 602.
vſ. 855. Λυσίστρατος] In Veſpis vſ. 793. & ad Equites vſ. 1064. Χολαργεῖς autem a pago Attico.
vſ. 856. Περιαλγής] Scholiaſtes monet eſſe metaphoram a tinctura purpurae. Eſt autem ἀλκεγής, τὸ πορφυροῦν.
vſ. 858. Πλεῖν ἢ] Pro πλέον Attice. Eſt autem hyperbole Comica hic; quaſi dicat, eum plusquam ſemper eſurire: menſis enim non niſi triginta dies habebat apud Atticos.
vſ. 860. Ἰτέω Ἡρακλῆς] Infra vſ. 911. ἴτω Ζεύς· ubi vide Notam. Ceterum in dimenſione verſûs ω & η hic pro una ſyllaba habenda, ut alii monuerunt. Venit autem Boeotus Thebanus, qui etiam Dorice loquitur.
Ibid. Τὰν τύλαν] Infra, vſ. 953. ὑπέκυαθι τὰν τύλαν.
vſ. 862. Θείβαθεν] Pro Θήβηθεν· i. e. ἐκ Θήβης. Ὑμὲς pro ὑμεῖς.
vſ. 863. Ὀσίνοις] Scholia: λείπτοις, αὐλοῖς. φυσᾶτε autem pro φυσᾶτε.
Ibid. Τὸν πρωκτὸν κυτιός] Habebant tibias utriculares ex pelle canina. Sed alludit ad Proverbium ἐς κυνὸς πυγὴν ὁρᾶν· quod occurrit in Eccleſiaz. vſ. 255. ut monet Scholiaſtes.
vſ. 864. Οἱ σφῆκες οὐκ ἀπὸ τῶν θυρῶν.] In Equit. vſ. 723. οὐκ ἄπει ἀπὸ τῆς θύρας; in Veſpis vſ. 454. παῖε, παῖε, ὦ Ξανθία, τὰς σφῆκας ἀπὸ τῆς οἰκίας. Hic ſupra, vſ. 825. τὰς συκοφάντας ἀπὸ θύρας ἐξείρξετε; Eurip. in Oreſte vſ. 170. ἐκ δὸ' ἡμῶν; ἐκ δὸ' οἴκων πάλιν ἀνὰ σὸν πόδα ἑλίξεις; *Nonne a nobis? nonne ab aedibus retro pedem tuum torquebis?* vſ. 866.

Neque etiam te ludibrio habebit Pauſon ille peſſimus,
In foro & Lyſiſtratus, Cholargenſium opprobrium,
Sceleribus quaſi purpura tinctus,
Algens & eſuriens aſſidue,
Plus triginta diebus
Quovis menſe.

SCENA PRIMA.

BOEOTUS, DICAEOPOLIS.

BOEOT. Teſtis ſit Hercules, ut mihi peſſime dolet humerus calloſus.
Depone placide pulegium ô Iſmenio:
Vos vero quotquot adeſtis, Thebani tibicines,
Oſſeis tibiis inflate canis culum.
DIC. Deſinite: nonne hinc a foribus in malam rem faceſſitis crabrones?
Unde advolarunt perditiſſimi
Ad januam mihi bombizantes tibicines, diſcipuli Chaeridis?
BOEOT. Me volente ſane abierint in malam rem, ô amice, ita mihi Iolaus ſit propitius;
Nam inde a Thebis pone me ſtantes,
Etiam flores pulegii decuſſerunt humi.
Sed ſi lubet eme aliquid iſtorum, quae fero,
Gallos gallinaceos, aut cicadas.
DIC. ô ſalve Boeote, collicum helluo.
Quid fers? BOEOT. Quicquid omnino boni eſt apud Boeotos,
Origanum, pulegium, ſtoreas, verbaſcum,
Anates, graculos, attagenas, phalarides,
Regulos, mergos. DIC. Ergo tu quaſi tempeſtas

Et

vſ. 866. Χαιριδεῖς] In ſing. Χαιριδεύς, a Χαῖρις. Qui ſuit malus Tibicen: in Avibus vocat eum κόρακα ἐμπεφορβιωμένον, vſ. 859. 862. Vide hic ſupra, vſ. 16.

Ibid. Βομβύλιοι] Ex voce βομβύλιος, quod eſt genus apiculae a *bombo* dictae, in Veſpis vſ. 107. fecit βομβαύλιος, addita litera α· alludens ad vocem αὐλὸς, ut ait Scholiaſtes; vocem βόμβος autem de ſono tibiae uſurpavit in Thesmoph vſ. 1187.

vſ. 867. Ἐπιχαρεῖτας] Scholia: κεχαρισμένος καὶ κεχαριτωμένος ἡμῖν ἀπόλοιντ' ἄν. *Gratum nobis foret, ſi periret.*

vſ. 869. Τῆς χλάχωνος] Scholia: ἐδόσαζε γὰρ φορτίον τῆς χλάχωνος. *Geſtabat enim pulegium.*

vſ. 871. Ὀρταλίχων] Gallos Gallinaceos ita vocant Boeotii, ut ait Scholiaſtes. Apud Athenaeum extat Stratidis locus de Thebanorum lingua, Lib. XIV. p. 621. ubi inter alia dicitur eos nominare τὸν ἀλεκτρυόνα, ὀρτάλιχον. Occurrit apud Aeſchylum in Agamem. vſ. 54.

Ibid. Τετραπλερυλλίδων] Ita vocant locuſtas παρὰ τὸ ἔχειν πλευρά ut inquit Scholiaſtes, i. e. *quia quatuor habent πλευρά*, ſive *alas*.

vſ. 872. Κολλικοφάγε] Boeotii, & inter eos Thebani voraces. Athenaeus X. p. 417. *Collicem* vocabant panis quoddam genus.

vſ. 875. Νάσσας] In Pace, vſ. 1005. καὶ Βοιωτῶν φέροντας ἰθύων χῆνας, νῆττας, φάττας &c. *Ex Notis Kuſteri.*

Οὔδ' αἴθις αὖ σε σκώψει Παύσων ὁ παμπόνηρος,
Λυσίστρατός τ' οὐ ἀγορᾷ, Χολαργέων ὄνειδος,
Ὁ περιαλγὴς τοῖς κακοῖς,
Ῥιγῶν τε καὶ πεινῶν ἀεὶ
Πλεῖν ἢ τριάκονθ' ἡμέρας
Τῇ μηνὸς ἑκάστῃ.

ACTUS QUARTI

ΒΟΙΩΤΟΣ, ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

ΒΟΙ. Ἰτέω Ἡρακλῆς· ἔκαμόν γα τὰν τύλαν κακῶς.
Κατάθω τὺ τὰν γλάχων' ἀτρέμας, Ἰσμηνία.
Ὑμὲς δ' ὅσοι Θείβαθεν αὐλητὰ πάρα,
Τοῖς ὀσίνοις φυσῆτε τὸ πρωκτὸν κιτύος.
ΔΙΚ. Παῦ ἐς κόρακας. οἱ σφῆκες οὐκ ἀπὸ τ' θυρῶν;
Πόθεν ποθ' ἑσπέπαν οἱ κακῶς ἀπολώμενοι
Ἐπὶ τὼ θύραν μοι Χαλκιδεῖς βομβαύλιοι.
ΒΟΙ. Νὴ τὸν Ἴολαον, ὀπιχαείπως ἂν γ', ὦ ξένε.
Θείβαθι γὼ φυσάντες ἐξόπιθέ μω,
Καί τ' ἄνθεα τᾶς γλάχωνος ἀπέκιξαν χαμαί.
Ἀλλ' εἴ τι βύλῃ πείσομαί τ' ἐγὼ φέρω,
Τῶν ὀρταλίχων, ἢ τ' τετραπέρυλλίδων.
ΔΙΚ. Ὦ χαῖρε κολικοφάγε Βοιωτίδιον.
Τί φέρεις; ΒΟΙ. Ὅσ' ἔστ' ἂν ἀγαθὰ Βοιωτοῖς ἁπλῶς,
Ὀείγανον, γλαχὼ, ψιάθως, θρυαλλίδας,
Νάσας, κολοιώς, ἀπαγᾶς, φαλαείδας,
Τροχίλως, κολύμβως. ΔΙΚ. Ὡσπερεὶ χειμὼν ἄρα

Ὀργι-

vſ. 854. Παίσων] Vide ad Plutum vſ. 602.
vſ. 855. Λυσίστρατος] In Veſpis vſ. 793. & ad Equites vſ. 1064. Χολαργεῖς autem a pago Attico.
vſ. 856. Περιαλγής] Scholiaſtes monet eſſe metaphoram a tinctura purpurae. Eſt autem ἀλκεγής, τὸ πορφυροῦν.
vſ. 858. Πλεῖν ἢ] Pro πλέον Attice. Eſt autem hyperbole Comica hic; quaſi dicat, eum plusquam ſemper eſurire: menſis enim non niſi triginta dies habebat apud Atticos.
vſ. 860. Ἰτέω Ἡρακλῆς] Infra vſ. 911. ἴτω Ζεύς· ubi vide Notam. Ceterum in dimenſione verſûs ω & η hic pro una ſyllaba habenda, ut alii monuerunt. Venit autem Boeotus Thebanus, qui etiam Dorice loquitur.
Ibid. Τὰν τύλαν] Infra, vſ. 953. ὑπέκυαθι τὰν τύλαν.
vſ. 862. Θείβαθεν] Pro Θήβηθεν· i. e. ἐκ Θήβης. Ὑμὲς pro ὑμεῖς.
vſ. 863. Ὀσίνοις] Scholia: λείπτοις, αὐλοῖς. φυσᾶτε autem pro φυσᾶτε.
Ibid. Τὸν πρωκτὸν κυτιός] Habebant tibias utriculares ex pelle canina. Sed alludit ad Proverbium ἐς κυνὸς πυγὴν ὁρᾶν· quod occurrit in Eccleſiaz. vſ. 255. ut monet Scholiaſtes.
vſ. 864. Οἱ σφῆκες οὐκ ἀπὸ τῶν θυρῶν.] In Equit. vſ. 723. οὐκ ἄπει ἀπὸ τῆς θύρας; in Veſpis vſ. 454. παῖε, παῖε, ὦ Ξανθία, τὰς σφῆκας ἀπὸ τῆς οἰκίας. Hic ſupra, vſ. 825. τὰς συκοφάντας ἀπὸ θύρας ἐξείρξετε; Eurip. in Oreſte vſ. 170. ἐκ δὸ' ἡμῶν; ἐκ δὸ' οἴκων πάλιν ἀνὰ σὸν πόδα ἑλίξεις; *Nonne a nobis? nonne ab aedibus retro pedem tuum torquebis?* vſ. 866.

Neque etiam te ludibrio habebit Pauſon ille peſſimus,
In foro & Lyſiſtratus, Cholargenſium opprobrium,
Sceleribus quaſi purpura tinctus,
Algens & eſuriens aſſidue,
Plus triginta diebus
Quovis menſe.

SCENA PRIMA.

BOEOTUS, DICAEOPOLIS.

BOEOT. Teſtis ſit Hercules, ut mihi peſſime dolet humerus calloſus.
Depone placide pulegium ô Iſmenio:
Vos vero quotquot adeſtis, Thebani tibicines,
Oſſeis tibiis inflate canis culum.
DIC. Deſinite: nonne hinc a foribus in malam rem faceſſitis crabrones?
Unde advolarunt perditiſſimi
Ad januam mihi bombizantes tibicines, diſcipuli Chaeridis?
BOEOT. Me volente ſane abierint in malam rem, ô amice, ita mihi Iolaus ſit propitius;
Nam inde a Thebis pone me ſtantes,
Etiam flores pulegii decuſſerunt humi.
Sed ſi lubet eme aliquid iſtorum, quae fero,
Gallos gallinaceos, aut cicadas.
DIC. ô ſalve Boeote, collicum helluo.
Quid fers? BOEOT. Quicquid omnino boni eſt apud Boeotos,
Origanum, pulegium, ſtoreas, verbaſcum,
Anates, graculos, attagenas, phalarides,
Regulos, mergos. DIC. Ergo tu quaſi tempeſtas

Et

vſ. 866. Χαιριδεῖς] In ſing. Χαιριδεύς, a Χαῖρις. Qui ſuit malus Tibicen: in Avibus vocat eum κόρακα ἐμπεφορβιωμένον, vſ. 859. 862. Vide hic ſupra, vſ. 16.

Ibid. Βομβύλιοι] Ex voce βομβύλιος, quod eſt genus apiculae a *bombo* dictae, in Veſpis vſ. 107. fecit βομβαύλιος, addita litera α· alludens ad vocem αὐλὸς, ut ait Scholiaſtes; vocem βόμβος autem de ſono tibiae uſurpavit in Thesmoph vſ. 1187.

vſ. 867. Ἐπιχαρεῖτας] Scholia: κεχαρισμένος καὶ κεχαριτωμένος ἡμῖν ἀπόλοιντ' ἄν. *Gratum nobis foret, ſi periret.*

vſ. 869. Τῆς χλάχωνος] Scholia: ἐδόσαζε γὰρ φορτίον τῆς χλάχωνος. *Geſtabat enim pulegium.*

vſ. 871. Ὀρταλίχων] Gallos Gallinaceos ita vocant Boeotii, ut ait Scholiaſtes. Apud Athenaeum extat Stratidis locus de Thebanorum lingua, Lib. XIV. p. 621. ubi inter alia dicitur eos nominare τὸν ἀλεκτρυόνα, ὀρτάλιχον. Occurrit apud Aeſchylum in Agamem. vſ. 54.

Ibid. Τετραπλερυλλίδων] Ita vocant locuſtas παρὰ τὸ ἔχειν πλευρά ut inquit Scholiaſtes, i. e. *quia quatuor habent πλευρά*, ſive *alas*.

vſ. 872. Κολλικοφάγε] Boeotii, & inter eos Thebani voraces. Athenaeus X. p. 417. *Collicem* vocabant panis quoddam genus.

vſ. 875. Νάσσας] In Pace, vſ. 1005. καὶ Βοιωτῶν φέροντας ἰθύων χῆνας, νῆττας, φάττας &c. *Ex Notis Kuſteri.*

Ὀρνιθίας ἐς τὴν ἀγορὰν ἐλήλυθας;
ΒΟΙ. Καὶ μὰν φέρω χᾶνας, λαγὼς, ἀλώπεκας,
Σκάλωπας, ἐχίνους, αἰλύρους, πυκτίδας,
Ἰκτίδας σύφορβ, ἐγχέλεις Κωπαΐδας.
ΔΙΚ. Ὦ περπόταton σὺ τέμαχος ἀνθρώπois φέρων,
Δός μοι προσειπεῖν, εἰ φέρεις τὰς ἐγχέλεις.
ΒΟΙ. Πρέσβειρα πεντήκοντα Κωπαΐδων κορᾶν,
Ἔκβαθι τᾶδε κηπιχάριτα τῷ ξένῳ.
ΔΙΚ. Ὦ φιλτάτη σὺ κ πάλαι ποθουμένη,
Ἦλθες ποθεινὴ μῦ τροχωδικοῖς χοροῖς,
Φίλη δὲ Μορύχῳ. δμῶες ἐξενέγκατε
Τὴν ἐοχάραν μοι δεῦρο κ τὴν ῥιπίδα·
Σκέψασθε παῖδες τ ἀείσην ἐγχέλυν,
Ἥκουσαν ἕκτῳ μόλις ἔτει ποθουμένην.
Προσείπατ' αὐτήν, ὦ τέκν'· ἄνθρακας δ' ἐγὼ
Ὑμῖν παρέξω τῆσδε τ ξένης χάριν.
Ἀλλ' ἔσφερ' αὐτήν· μηδὲ γῦ θανόν ποτε
Σᾶ χρεὶς εἴην ὀπτεθυτλακωμένης.
ΒΟΙ. Ἐμοὶ δὲ πρὰ τᾶσδε πᾶ γενήσετ';
ΔΙΚ. Ἀγορᾶς τέλος ταύτην γέ πω δώσεις ἐμοί.
Ἀλλ' εἴ π πωλεῖς τῶνδε τ ἄλλων, λέγε.
ΒΟΙ. Ἰώγα ταῦτα πάντα. ΔΙΚ. Φέρε πόσου λέγεις;
Ἢ φορτὶ ἔπρ' ὀβόλου κεῖσ' ἄξεις ἰών.
ΒΟΙ. Ὄ, π γ' ἔστ' Ἀθάναις, οὐ Βοιωτοῖσιν δὲ μή.
ΔΙΚ. Ἀφύας ἄρ' ἄξεις πεμπόλου Φαληρικὰς,
Ἢ κέραμον. ΒΟΙ. Ἀφύας, ἢ κέραμον; ἀλλ' ἔντ' ὀκεῖ.
Ἀλλ' ὅ, τι παρ' ἡμῖν μή 'στι, τᾶδε δ' αὖ πολύ.
ΔΙΚ. Ἐγ' ᾠδα· τοίνυν συκοφάντου ἔξαγε,
Ὡσπερ κέραμον ὀδυσσάμενον. ΒΟΙ. Νὴ τὸν Διώ.
Λάβοιμι μὴ τ' ἂν κέρδος ἀγαγὼν, κ πολὺ,
Ἀνὴρ πίθακον, ἀλιτείας πολλᾶς πλέων.

ΔΙΚ.

vs. 877. Ὀρνιθίας] Ἄνεμος ὀρνιθίας ventus aliquis dicitur. Schol.

vs. 878. Φέρω χᾶνας] Paulo ante ad vs. 875.

vs. 880. Ἐγχέλεις Κωπαΐδας] A lacu Boeotiae. Erant autem in pretio illae anguillae.

vs. 883. Πεντήκοντα Κωπαΐδων κορᾶν] Facete de anguillis quasi de Nereidibus loquitur, quae erant quinquaginta: & alludit ad locum aliquem Aeschyli, cujus meminit Scholiastes. Euripides in Iphigenia Taurica vs. 427. ὅπου πεντήκοντα κοραὶ τῶν Νηρήδων χοροί. *Ubi quinquaginta puellarum Nereidum Chori.* Ubi vide Notulam Cl. Barnesii. Eurip. in Andromacha vs. 1267. λαβοῦσα πεντήκοντα Νηρήδων χορόν. Sic etiam in Lysistrata vs. 703. de anguilla loquitur quasi de puella: —— ἑταῖραν ἐκάλεσ' ἐκ γειτόνων παῖδα χρηστὴν καμπτὴν ἐκ Βοιωτῶν ἐγχελυν.

vs. 884. Κηπιχάριτα] Scholia: ἀντὶ τῆ ἐπιχαρίτως ἔκβαθι τῷ ξένῳ. Sed videtur verbum esse debere propter καί.

vs. 887. Μορύχῳ] Poëta Tragicus, ut ait Scholiastes, & notatur tanquam helluo: in Pace vs. 1009. ὀψωνῆται τυρβάζισθαι Μορύχῳ, Τελέᾳ, Γλαυκέτῃ, ἄλλοις τέθαις πολλοῖς.

vs. 890. Ἕκτῳ ἔτει] Sexto anno belli Peloponnesiaci; supra vs. 265. ἕκτῳ σ' ἔτει προσεῖπον.

vs. 891. Ὦ τέκν'] Ita Ed. Farrei. Aldina, Juntina & Nupera, ὦ τέκν' vitiose. Brubachii ὦ τᾶν.

vs. 893.

Et Ornithias ventus, qui aves ſternit, veniſti ad forum?
BOEOT. Quin etiam fero anſeres, lepores, vulpes,
Talpas, erinaceos, feles, pyctidas,
Lutras, anguillas Copaicas.
DIC. ô Qui delicatiſſimum piſcium genus fers hominibus,
Da mihi copiam illas ſalutandi, ſi fers anguillas.
BOEOT. Maxima natarum quinquaginta Copaïdis
Exi, & huic hoſpiti gratificare.
DIC. ô chariſſima, & dudum deſiderata,
Veniſti deſiderabilis comico choro, (*gregi*)
Grata Morycho. Vos famuli efferte
Craticulam (*foculum*) mihi huc & flabellum:
Spectate pueri pulcherrimam anguillam,
Quae deſiderata, vix demum venit ſexto anno.
Salutate ipſam ô filii: prunas autem ego
Vobis praebebo, hujus hoſpitae cauſa.
Sed intro aufer ipſam; nam ego nec mortuus unquam
Sine te velim eſſe, ſi cum betis cocta ſis.
BOEOT. Mihi autem pretium pro hac unde erit?
DIC. Hanc dabis mihi nomine vectigalis pro foro meo.
Sed ſi quid ex ceteris vendis, dic.
BOEOT. Ego iſta omnia *vendo*. DIC. Cedo, quanti ea aeſtimas?
Ibid. Δρακοντίδης] Hunc Sceleratum hominem fuisse, & damnationibus obnoxium dicit Scholiastes.

vs. 158. ΒΔΕΛ.] Delendum puto, & in sequentibus usque ad vs. 163. omnia personis ita distribuenda, ut feci in versione.

vs. 160. Ὅταν τις ἐκβύγῃ με] Hoc verbum videtur impulisse Grammaticos, ut putarint haec à Philocleone dici, quasi huic Apollo malum praedixerit, si ipsi aliquis evadat ex aedibus; cum illud non aliter accipiendum sit quam paulo ante vs. 157.

vs. 161. Ἄπολλον ἀποτρόπαιε τῶ μαντεύματος] In Avibus vs. 60 Ἄπολλον ἀποτρόπαιε τῶ χασμήματος.

ΦΙΛ. Διατρώξομαι τοίνυν γ' ὁδὰξ τὸ δίκτυον.
ΒΔΕΛ. Ἀλλ' οὐκ ἔχεις ὀδόντας. ΦΙΛ. Οἴμοι δείλαιος·
Πῶς ἄν σ' ἀπολείναιμι; πῶς; δότε ξίφος
Ὅπως τάχιστ', ἢ πινάκιον πιμπτικόν.
ΒΔΕΛ. Ἄνθρωπος ἔτος μέγα τι δρασείει κακόν.
ΦΙΛ. Μὰ τὸν Δί' ὦ δῆτ', ἀλλ' ἀποδόσθαι βάλομαι
Τὸν ὄνον ἄγων αὐτοῖσι τοῖς καθηλίοις·
Νεμηνία γάρ ἐστιν. ΒΔΕΛ. Οὐκοῦν κ' αὐτὸς ἂν
Αὐτὸν ἀποδοίμην δῆτ' ἄν. ΦΙΛ. Οὐχ ὥστερ ἐγώ.
ΒΔΕΛ. Μὰ Δί' ἀλλ' ἄμεινον. ἀλλὰ τὸν ὄνον ἔξαγε.
ΟΙΚ. Οἵαν παρέφασιν καθῆκεν, ὡς εἰρωνικῶς,
Ἵνα θᾶττον ἐκπέμψειας. ΒΔΕΛ. Ἀλλ' οὐκ ἔσπασεν
Ταύτῃ γ'· ἐγὼ γὰρ ἠθόμην τεχναμένου.
Ἀλλ' εἰσιών μοι τὸν ὄνον ἐξάγειν δοκῶ,
Ὅπως ἂν ὁ γέρων μηδὲν ὀφθήσεται πάλιν.
Κάνθων, τί κλαίεις; ὄπτα παράσημον.
Βάδιζε θᾶττον· τί φέρεις; εἰ μὴ φέρεις
Ὀδυνᾶσθαί σ', ΟΙΚ. Ἀλλὰ ναὶ μὰ Δία φέρει
Κάτω γε τυτονί τιν' ὑποδεδυκότα.
ΒΔΕΛ. Ποῖον φέρ' ἰδωμαι; ΟΙΚ. Τυτονί. ΒΔΕΛ. Τυτὶ τί ἦν;
Τίς εἶ ποτ' ἄνθρωπ' ἐτεόν. ΦΙΛ. Οὖτις νὴ Δία.
ΒΔΕΛ. Οὗτος σὺ ποδαπός; ΦΙΛ. Ἰθακὸς ἀπὸ Δρασιππίδου.
ΒΔΕΛ. Οὖτις, μὰ τὸν Δί', ὕπ χαιρήσων γ' ἔσει.
Ὕφελκε θᾶττον αὐτόν. ὦ μιαρώτατος,
Ἵν' ὑποδέδυκεν· ὥστ' ἔμοιγ' ἐνδάλλεται
Ὁμοιότατος κλητὴρ εἶναι πωλίῳ.
ΦΙΛ. Εἰ μή μ' ἐάσεθ' ἥσυχον, μαχούμεθα.
ΒΔΕΛ. Περὶ τοῦ μάχη γὰρ ἐστὶ δῆτα; ΦΙΛ. Περὶ ὅτου σκιᾶς.
ΒΔΕΛ. Πονηρὸς εἶ πόρρω τέχνης, ὦ βδέλυρε.

ΦΙΛ.

vs. 167. Τιμητικόν] Tabulam illam censoriam, in qua longam lineam ducebant judices condemnatis. *ex Scholiis.*

vs. 169. Δρασιππίδου] Ita emendo. Edd. pristinae δράσειν, quod cum versum turbaret, postea editum δράσιον. Sophocles in Ajace vs. 327. καὶ δῆλός ἐστιν ὡς τι δρασούμενος κακόν. *Et manifeste prae se fert quasi aliquid moliens mali.* Noster in Pace vs. 62. ὦ Ζεῦ, τί δρασεῖτε πρὸς ἡμῶν τὸν λαόν; ubi vide Notam.

vs. 170. Αὐτοῖσι] Subintellige σύν, ut vs. 119. αὐτῷ τυμπάνῳ.

vs. 171. Νεμηνία] Solebant in Novilunio Athenis auctiones facere, & rebus venalibus vacare. *Florens ex Scholiis.*

vs. 175. Ἀλλ' οὐκ ἔσπασεν] Scholia: οὐκ ἔτυχε. παρὰ τὴν σπειρίδα· Αὕτη μὲν ἡ μάρπτω· ἄλλη ἔσπασεν. Ἐλέγετο δὲ ἐπὶ τῶν ἐπὶ θήρᾳ (pro ἐπὶ τῶν πείρᾳ) καθιέντων ἄγκιστρον μετὰ σχοίνου, καὶ μὴ ἐπιτυγχανόντων ἰχθύος τινος. i. e. *Nihil consecutus est. Alludit autem ad Proverbium: Iste funiculus nihil traxit. Quod dicebatur de illis, qui capturae causâ demisissent hamum cum funiculo, & nullam essent adepti piscem.* Integrum proverbium, occurrit in Thesmoph. vs. 935. Simile illud Euripidis in Electra vs. 582. Ἦν δ' ἐκπάσωμαί γ' ὅτι μετήχθαι βέλος. *Si modo jactum retis quem meditor extraxero.* Vide Notam sequentem. Male haec in Edd. distincta.

vs. 176. Ταύτῃ γ'.] Haec vox ad antecedentia pertinet: itaque post ἔσπασεν sustuli punctum, quod antè ibi erat. Synesius Epist. 129. alludens ad hoc proverbium: ὡς δὲ ὁ πρόχωρει ταύτῃ τὸ σπᾶσαί τι τῶν ἀποσκόντων, ἀλλ' ἴσαν οἱ τόμοι μηδ' ἡμῶν, ἐτέραν ἐτράπετο. *Ut autem & parum processit hac [vid] capere aliquid eorum, quae nihil*

bil

PHIL. Itaque corrodam mordicus arreptum rete.
BDEL. Sed non habes dentes. PHIL. Me miserum!
Quomodo te occidam? quomodo? date mihi gladium
Ocyus, aut tabulam damnatoriam.
BDEL. Homo iste malum aliquod magnum facere parat.
PHIL. Non certe, non inquam; sed vendere volo
Asinum una cum clitellis abductum:
Nam nova luna est. BDEL. Nonne ego etiam
Possem eum vendere? PHIL. Non ita ut ego.
BDEL. Imo profecto melius; sed educ asinum.
SERV. Qualem praetextum intulit! quam callide!
Ut eum emittas citius. BDEL. Sed nihil profecit
Hac ratione; ego enim sentiebam, quid machinaretur.
Sed ingressus asellum educere volo,
Ne senex emicet (*prodeat*) rursus.
Aselle cur fles, quod hodie venum ibis?
Incede citius: quid gemis? nisi forte fers
Ulyssem aliquem. SERV. Imo profecto fert
Subtus quendam pendulum huncce.
BDEL. Quemnam videam? SERV. Istum. BDEL. Hoc quid est?
Quis es, dic verum, tu homo? PHIL. Nemo equidem.
BDEL. Eho cujas es? PHIL. Ithacus ex Fugacia.
BDEL. At ego profecto efficiam, ut cum magno malo te Utin esse dixeris.
Protrahe eum inde ocyus: impurissimus ille
Quorsum subierat: mihi sane videtur
Simillimus esse pullo subrumo viatoris.
PHIL. Si me non missum feceritis, pugnabimus.
BDEL. De qua re ergo pugnabis nobiscum? PHIL. De asini umbra.
BDEL. Improbus es non arte, *sed ingenio*, & temerarius.

PHIL.

bil ad eum pertinebant, legibus nobiscum facientibus; aliam ingressus.

vs. 181. Ὀδυσσέα τινά] Senex cupiens elabi ex aedibus imitatur Ulyssem; qui ex antro & manibus Cyclopis evasit sub ariete pendulus, ut notum ex Iliade. Similis astutia est apud Petronium in Satyrico: *Imperavi Gitoni, ut raptim grabatum subiret; annecteretque pedes atque manus institis, quibus sponda culcitam ferebat: ac sicut olim Ulyxes utero arietis* (liceat nunc cum quibusdam ita legere pro *pro ariete*) *adhaesisset, extentus infra grabatum scrutantium eluderet manus.*

vs. 184. Οὖτις] Hic etiam imitatur Ulyssem, qui se prudenter Οὔτινα, i. e. *Neminem* vocari dixit ad Polyphemum. Constituerat enim eum excaecare, praevidebatque fore ut is in auxilium vocaret ceteros Cyclopas; qui deinde, auctore non apparente, si Polyphemum interrogassent, quis id fecisset? eum pro insano erant habituri, qui dicat *Neminem* id fecisse, eumque relicturi, & Ulyssi copiam elabendi daturi. Id quod factum. Vide Iliados Iota; & Euripidis Cyclopem.

vs. 185. Δρασιππίδης] Scholia: πέπλακε τὸ ὄνομα ἀπὸ τῆς ἀποδρᾶσαι, &c. *Finxit hoc nomen ab ἀποδρᾶσαι, aufugere.*

vs. 186. Οὔ τι] Alludit ad Οὖτις.

vs. 189. Κλητῆρ᾽] Pro ὄνε. Etiam infra vs. 1301. ponit hanc vocem pro Asino: ἔοικας —— κλητῆρι εἰς ἀγυιὰς ἀποδιδράσκοντι. Est autem κλητὴρ viator, stator, accensus, & etiam testis.

vs. 191. Πῶς ἐνὼ σκιᾶς] Proverbium satis notum.

vs. 192. Πονηρὸς εἰ πόρρω τέχνης] Scholia: ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἀπὸ τέχνης τινὸς πονηρὸς εἶ, ἀλλ᾽ ἀπὸ μωλύτητος· ἀλλὰ φύσει. *Sic dixit pro: Non arte nec consilio es malus, sed naturâ.* Sed

sorte

ΦΙΛ. Ἐγὼ πονηρός; ὦ μὰ Δί', ἀλλ' οὐκ οἶδα σὺ
Νιῶ μ' ὄντ' ἄριστον; ἀλλ' ἴσως, ὅταν φάγῃς
ὑπογάστριον γέροντος Ἡλιαστικοῦ.
ΒΔΕΛ. Ὥσθ' ἕνον, ὦ σαυτὸν ἐς τὴν οἰκίαν.
ΦΙΛ. Ὦ ξυνδικασταί, ὦ Κλέων, ἀμύνατε.
ΒΔΕΛ. Ἔνδον κέκραχθι, τὴν θύρας κεκλεισμένης.
Ὥσθ' σὺ πολλοὺς τοὺς λίθους πρὸς τὴν θύραν,
Καὶ τὸν βάλανον ἔμβαλλε πάλιν εἰς τὴν μοχλόν,
Καὶ τῇ δοκῷ προσθεὶς τὸν ὦμον τὸν μέγαν,
Ἀνύσας π προσκύλιέ γ'. ΣΩΣ. Ὤμοι δείλαιος!
Πόθεν ποτ' ἐμπέπαικέ μοι τὸ βώλιον;
ΞΑΝΘ. Ἴσως ἄνωθεν μῦς ἐβάλε σοι ποθέν.
ΣΩΣ. Μῦς ὦ μὰ Δί', ἀλλ' ὑποδυόμενός πις ὑποσὶ
Ὑπὸ τὴν κεραμίδων Ἡλιαστὴς ὀροφίας.
ΞΑΝΘ. Οἴμοι κακοδάμων, φρενὸς ἀϊνῆς γίγνεται.
Ἐκπέπτωκεν. πῦ πῦ τί μοι τὸ δίκτυον;
Σῦ; σῦ, πάλιν σῦ. νὴ Δί' ἦ μοι κρεῖττον ἦν
Τηρεῖν Σκιώνιν ἀντὶ τούτου τοῦ πατρός
ΣΩΣ. Ἄγε νῦν ἐπειδὴ τουτονὶ σεσοβήκαμεν,
Κὐκ ἔσθ' ὅπως ἁδρὰς ἀν ἡμᾶς ἔλη λάθοι,
Τί οὐκ ἀπεκοιμήθημεν ὅσον ὅσον τίλιν;
ΒΔΕΛ. Ἀλλ', ὦ πόνηρ', ἥξουσιν ὀλίγον ὕστερον
Οἱ συνδικασταί, προσκαλεῖντες τουτονὶ
Τὸν πατέρα. ΟΙΚ. Τί λέγεις; ἀλλὰ νῦν ὄρθρος βαθύς.
ΒΔΕΛ. Νὴ τὸν Δί', ὀφθὲ γοῦν ἀνεστήκασί γε,
Ὡς ἀπὸ μέσων νυκτῶν, προσκαλοῦντές μ' ἀεί,
Λύχνους ἔχοντες, καὶ μυρίζοντες μέλη,
Ἀρχαιομελησιδωνοφρυνιχάρατα,
Οἷς ἐκκαλεῖσθ' τοῦτον. ΟΙΚ. Οὐκοῦν, ἰὼ δέσποτα,
Ἤδη ποτ' αὐτοὺς τοῖς λίθοις βαλλήσομεν.
ΒΔΕΛ. Ἀλλ', ὦ πάτερ, τὸ γένος, ἰὼ τῆς ὀργίσης,
Τὸ τῶν γερόντων, ἔσθ' ὅμοιον σφηκιᾷ.

Ἔχουσι

forte dicit, eum arte malitiam occultare non velle, aut non posse. Hippocrates Epist. 9. ὡς πονηρότατος εἶ, Δημόκριτε, καὶ πόῤῥω σοφίης. *Itaque improbissimus es, Democrite, & à sapientia longe abes.*

vs. 194. Ἄριστον] Recte Florens putat alludi ad *prandium.*

vs. 195. Ὑπογάστριον γέροντος] Quia Bdelycleo paulo ante dicebat senem similem esse *pullo asinino*, propterea senex infert vocem ὑπογάστριον, dicitque γέροντος Ἡλιαστικοῦ pro ὄνου: utebantur autem asininis carnibus, ut notat Scholiastes. Est autem allegoria, qua significatur: *Ego tibi utilis ero.*

vs. 197. Ὦ ξυνδικασταί, καὶ Κλέων] Sic & Cleo opem Forensium senum & judicum implorat in Equitibus vs. 255. ὦ γέροντες Ἡλιασταί, φράτορες τριωβόλου, ὑμᾶς ἐγὼ βόσκω.

vs. 205. Ὀρφίας] Hesychius: ὄφεις τῶν καλ' οἰκον. *Serpentis domestici genus.* Moratur autem circa tecta, ut alt Scholiastes.

vs. 209. Σῦ σῦ] Scholia: ἀπεσοβοῦσι τὸν γέροντα, ὡς σφηκιὰν· ὡς ἐώθαμεν τὰ ὄρνια σείειν. *Abigunt senem tanquam passerem, ut solemus aves abigere.* Infra vs. 456. dicit ad Chorum Vesparum: οὐχὶ σεῖσθ' ἐς κόρακας; ἐκ ἄπιτε. Aeschylus in Septemthebana vs. 31. ὁρμᾶσθε πάντες, σῶσθε σὺν

PHIL. Egone improbus? non profecto; ſed tu neſcis
Nunc, me eſſe virum optimum: forte tamen quando comedes
Sumen, quod dabit ſenex Heliaſticus, *tum ſcies.*
BDEL. Trude aſinum & te ipſum in domum.
PHIL. ô Judices mei ſocii, tuque, ô Cleo, ſuccurrite.
BDEL. Intus vociferare foribus clauſis.
Trude tu multos lapides ad januam,
Et peſſulum rurſus immitte in ſeram:
Et ligno fultorio appone pilam illam grandem,
Quam advolvere propera. SOS. Hei mihi miſero!
Unde incidit in me gleba iſta?
XANTH. Forte mus deſuper eam tibi injecit alicunde.
SOS. Non certe mus, ſed iſte qui ſubiit
Tegulas ſerpens tegularis Heliaſticus.
XANTH. Hei mihi miſero, ille homo paſſer fit.
Avolabit: ubi eſt rete, ubi?
Su! ſu! retro ſu! Certe ita me Jupiter amet, ſatius eſſet
Me Scionem cuſtodire, quam hunc patrem.
SOS. Age ergo quoniam iſtum abegimus,
Nec fieri poteſt, ut clam nobis elabatur;
Cur non obdormiſcimus pauxillum?
BDEL. Sed, ô bone, venient paullo poſt
Sodales judices vocantes hunc
Meum patrem. SERV. Quid ais? tam multo mane?
BDEL. Imo profecto veſperi ſolent ſurgere,
Inde a media nocte, me aſſidue rogantes,
Lucernas habentes, minurientes carmina
Antiqua Phrynichi de Sidone, *ipſis* amabilia,
Quibus hunc evocant. SERV. Itaque, ſi neceſſe eſt,
Jam in ipſos lapides conjiciemus. (*lapidibus ipſos petemus*)
BDEL. Sed, ô miſer, ſi quis irritaverit nationem iſtam
Senum, ſimilis ea eſt crabronibus;

Habent

πὰν παντυχία. *Feſtinate cuncti, accelerate cum armis omnibus.* Quae loca Biſetus citavit. Vide plura ad vſ. 456.

vſ. 210. Σκιώνην] Urbs Thraciae, quae circa illa tempora deſciverat ab Athenienſibus, ut ait Scholiaſtes; hinc vult dicere eam difficile eſſe cuſtodire.

vſ. 213. Ὅσον σίλιν] Significat minimum; ut ſupra vſ. 91. ὥσπερ δ' ὀπὸ τῆς νυκτὸς κἀδὲ πασπάλιπ· ἢν δ' ἓν καταμείσῃ κἄν ἄχιν.

vſ. 216. Ὀρθρος βαθύς] Plato in Apologiâ.

vſ. 217. Ὀλῶ γὰν ἀκηκάσι γε] Ita Aldina & Juntina. Farrei & Brubachii γὰρ pro γὲν. Illud γε in fine omnes illae habent; nuper tamen pro eo τὸν.

vſ. 219. Μυρίζοντες μέλη] Mulieres in Concionem iturae in Eccleſiaz. vſ. 277. βαδίζετ' ἄδουσαι μέλος πρεσβυτικόν τι.

vſ. 220. Ἀρχαιομελησιδωνοφρυνιχήματα] Componitur ex ἀρχαῖον, & μέλη, & Σιδών, & Φρύνιχος, & ἐρατά. Mallem: ἀρχαῖα μέλη Σιδωνοφρυνιχήματα. Infra brevius vſ. 269. ἀιἀδων Φρυνίχα.

vſ. 223. Τὸ χάος ἤν τις ὀρχίσῃ τῶν σφηκῶν] Infra vſ. 403. dicit Chorus Veſparum: νυνὶ δ' ἤν τις ἡμῶν ὀρχίσῃ τὴν σφηκιάν.

Ἔχουσι γάρ καὶ κέντρον ἐκ τ' ὀσφύος
Ὀξύτατον, ᾧ κεντοῦσι, κἀκφαγόντες
Πηδῶσι, κἀβάλλουσιν ὥσθ' ὑφ' ἕλκεσι.
ΟΙΚ. Μὴ φροντίσῃς· ἐάν περ ἐγὼ λίθους ἔχω,
Πολλῶν δικαστῶν σφηκιὰν ἀφαιρεδῶ.

ΧΟΡΟΣ ΓΕΡΟΝΤΩΝ ΣΦΗΚΩΝ, ΠΑΙΔΕΣ.

ΧΟΡ. Χώρει, πρόβαινε ἐρρωμένως. ὦ Κωμία, βραδύνεις;
Μὰ τὸν Δι' οὐ μή τοι πρότερόν γ'· ἀλλ' ἧδ' ἰμὰς κύνειος·
Νικᾷ δὲ κρεῖττόν ἐστί σου Χαρινάδης βαδίζειν.
Ὦ Στρυμόδωρε Κονθυλεῦ, βέλτιστε συνδικαστῶν.
Εὐεργίδης ἆρ' ἐστὶ πῦ ἐνταῦθ', ἢ Χάβης ὁ Φλυεύς;
ΠΑΙ. Πάρεσθ', ὁ λοιπὸν ἕτ' ἐστί. ἀπαππαῖ, παπαῖ, παπταιάξ,
Ἥβης ἐκείνης, ἡνίκ' ἐν Βυζαντίῳ ξυνῆμεν,
Φρυγῶντ' ἐγώ τε κἀ σύ. κἄζα πρεπατοῦντε νύκλως
Τῆς ἀρτοπώλιδος λαθόντ' ἐκλέψαμεν τ' ὄλμον·
Κἄθ' ἥψαμεν ᾧ κορκόρᾳ, καταχίσαντες αὐτόν.
ΧΟΡ. Ἀλλ' ἐγκονῶμεν, ἄνδρες, ὡς ἔτ' ἂν Λάχῃ νικῶν.
Σίμβλον δέ φασι χρημάτων ἔχειν ἅπαντες αὐτόν.
Χθὲς ἦν Κλέων ὁ κηδεμὼν ἡμῖν ἐφεῖτ' ἐν ὥρᾳ
Ἥκειν ἔχοντας ἡμερῶν ὀργιῶν τελῶν πονηρὰν
Ἐπ' αὐτόν, ὡς κολουμένους, ὧν ἠδίκησεν. ἀλλὰ γάρ
ΠΑΙ. Σπεύδωμεν, ὦ ἄνδρες ἥλικες, πρὶν ἡμέραν γενέσθαι·
Χωρῶμεν, ἅμα τε τῷ λύχνῳ πάντη σκοπῶμεν,
Μή πῦ λαθών τις ἡμᾶς ἐμποδὼν κακόν τι δράσῃ.
ΠΑΙ. Τὸν πρίν, ὦ πάτερ, πάτερ σὺ τυτονὶ φύλαξαι.
ΧΟΡ. Κάρφος χαμάθεν σὺ νεῦ λαβὼν, τὸν λύχνον σβέσον.
ΠΑΙ. Οὔκ· ἀλλὰ τῳδί μοι γε νῦν δοκῶ τὸν λύχνον σβέσειν.

ΧΟΡ.

vs. 225. Ἔχουσι γὰρ καὶ κέντρον] Phrynichus Comicus apud Athenaeum IV. p. 165. ἴσι δ' αὐτές γε φυλάττεσθαι τῶν νῦν χαλεπώτατον ἔργον· Ἔχουσι γάρ τι κέντρον ἐν τοῖς δακτύλοις. *Est autem ab illis sibi cavere nunc difficillimum; habent enim aculeum in digitis.*

vs. 228. Ἐὰν περ] Ita Edd. priſtinae: in Nupera περ omiſſum.

vs. 230. ΧΟΡ.] Chorus ingreditur quaſi in forum iturus ad dijudicandas lites. Comias autem & mox Charinades & Strymodorus nomina Senum in Choro.

vs. 231. Ἰμὰς κύνειος] Scholia: ἰσχυρὸς καὶ ἰσχυρός. *Expeditus, & robuſtus.*

vs. 232. Χαρινάδης] Etiam in Pace vs. 1156. nominat Charinadem quendam.

vs. 233. Στρυμόδωρε] In Acharn. vs. 272. in Lyſiſtrata autem vs. 259. ὦ Στρυμόδωρε. Κονθυλεῦ; autem à Pago quodam Attico.

vs. 235. Ἀπαππαῖ, παπαῖ, παπταιάξ] Sophocles Philoctete vs. 760. παπαῖ· παπᾶ, παπᾶ, παπᾶ, παπᾶ, παπᾶ, παπαῖ.

vs. 239. Ἥψαμεν τῷ κορκόρᾳ] Alcaeus apud Athenaeum IX. p. 370. ἤδη δ' ἦμι χύτραν ῥαφάνων. *Jam coxit ollam braſſi-*

Habent enim aculeum in lumbis
Acutiſſimum, quo pungunt, & vociferando
Saltitant, atque jaculantur inſtar ſcintillarum.
SERV. Ne ſis ſollicitus; nam ſi ego lapides habeam,
Multorum judicum examen diſſipabo.

CHORUS SENUM CRABRONUM, PUERI.

CHOR. Perge, procede fortiter: ceſſas ô Comia?
At profecto antehac *non ceſſabas;* ſed eras lorum caninum *i. e. robuſtus, firmus.*
Nunc autem te vincit Charinades eundo.
ô Strymodore Conthylenſis, optime judicum.
Ubinam Euergides eſt, aut Chabes Phlyenſis?
Adeſt quicquid ex nobis adhuc reſtat: papae, papae, papae!
ô Aetatem illam juvenilem! cum in Byzantio contubernales eramus
Cuſtodes ego & tu: deinde obambulantes nocturni
Panariae illius furabamur pilam ligneam,
Qua fiſſa, oleris agreſtis nonnihil fervefaciebamus.
Sed feſtinemus, ô viri, nam de Lachete nunc judicium fiet:
Ajunt autem omnes eum habere alveare pecunia plenum:
Itaque heri Cleo curator nos juſſit mature
Adeſſe inſtructos ira trium dierum acerba (*quaſi viatico*)
Contra ipſum, ut eum caſtigemus ob injurias. Sed
Feſtinemus, ô aequales, antequam dies fiat:
Pergamus, ſimulque cum lucerna omnia circumſpiciamus,
Ne quis ex occulto aliquid mali nobis inferat.
PUER. Lutum iſtud, mi pater, pater, cave.
CHOR. Sume feſtucam humi, & lucernam emunge.
PUER. Imo iſto digito volo lucernam emungere.

CHOR.

braſſicarum. Noſter in Ranis vſ. 508. ἥψε καπεμικτῶν χύτρας. ubi vide Notam.

vſ. 240. Ὡς ἔσαι Λάχητι γνή] Scholiaſtes: ἢ δίκη, ἢ τιμωρία, ἢ τοιοῦτό τι. *Subauditur aut δίκη, judicium, aut τιμωρία, ſupplicium, aut tale quid.* Laches autem claſſi in Siciliam miſſae praefectus, fraude aliqua uſus eſt; quod infra indicat Comicus in judicio Canum vſ. 890. ἐγράψατο κύων Κυδαθηναιεὺς Λαβης' Λιξωνέα, τὸν τυρόν, ἀδικεῖν, ὅτι μόνος κατῴδιε τὸν Σικελικόν. Ubi per Labetem Canem intelligitur Laches iſte.

vſ. 241. Σμῆνος] Scholia: σμήνη κυρίως εἰσὶν αἱ θήκαι, ἔνθα αἱ μέλισσαι ἀποτίθενται τὸ μέλι. ὡς τῷ Λάχητι δὲ τὰ δημόσια σφετερισαμένῳ, καὶ πλουτήσαντι. *Proprie σίμελοι ſunt cellulae, ubi apes reponunt mel. Dicit autem hoc quia Laches populi bona ad ſe rapta repoſuerit (quaſi apicula mel) & ditatus fuerit.*

vſ. 243. Ἥκειν ἔχοντας ἡμερῶν ὀργὴν τριῶν] Alludit ad edicta, cum expeditio aliqua ſuſcipitur. In Pace vſ. 312. ἔχοντας ἥκειν σπεῦ ἡμερῶν τριῶν.

vſ. 244. Ὡς κολαμένους] Pro κολάσοντας Attice formatum à κολάζω ad modum verborum in -ίζω.

ΧΟΡ. Τί δὴ μαθὼν τῷ δακτύλῳ τῷδ' ἀγυαλλίδ' ὠθεῖς;
Καὶ ταῦτα τἀλαῖα σπανίζοντος, ὦ 'νόητε σύ.
Οὐ γὰρ δάκνῃ σ' ὅταν δέῃ τίμιον πείσαι.
ΠΑΙ. Εἰ νὴ Δι' αὖθις κοιδύλοις ναθετήσετ' ἡμᾶς,
Ἀποσβέσαντες τὰς λύχνους, ἄπιμεν οἴκαδ' αὐτοί·
Κἄπειτ' ἴσως ὦ τῷ σκότῳ τυτυΐ φερηθείς,
Τὸν πηλὸν, ὥσπερ ἀτταγᾶς, τυρβάσεις βαδίζων.
ΧΟΡ. Ἦ μὴν ἐγώ σε χ' ἁτέρας μείζονας κολάζω·
Ἀλλ' ὑποσί μοι βόρβορον φαίνεται πατεῖν·
Κοὐκ ἔσθ' ὅπως οὐχ ἡμερῶν τεττάρων τὸ πλεῖστον
Ὕδωρ ἀναγκαίως ἔχῃ τὸ θεὸν ποιῆσαι.
Ἔπεισι γοῦν τοῖσιν λύχνοις ὑτοὶ μύκητες.
Φιλεῖ δ', ὅταν ᾖ τυτὶ, ποιεῖν ὑετὸν μάλιστα.
Δεῖται δὲ κἀκ τῶν καρπίμων ἄθλα μή 'στι πρώϊμα,
Ὕδωρ γενέσθαι, καὶ πιπτοῦσαι βόρειον αὐτοῖς.
Τί λέγω' ἄρ' οὐκ ἐς οἰκίας τῆσδε συνδικαστὰς
Πέπονθεν; ὡς ὑ φαίνεται δεῦρο πρὸς τὸ πλῆθος.
Οὐ μὰ τὸν Διὸν γ' ἐφολκὸς ὢν· ἀλλὰ πρῶτον ἡμῶν
Ἡγεῖτ' ἀνάδων φερωίχυ· κἀγὼ γάρ 'σθιον αἰνῶς
Φιλῳδός. ἀλλά μοι δοκεῖ, σάνδας ὀθνάδ', ὦ ἄνδρες,
Ἀναδοῦσας αὐτὸν ἐκβαλεῖν· ἢν π πως ἀκύσας
Τῷ 'μῷ μέλῃς, ὑφ' ἡδονῆς ἐξερπύσῃ θύραζε.

ΧΟΡΟΥ ΜΕΛΟΣ.

Τί ποτ' ὑ πρὸ θυρῶν φαίνετ' ἄρ' ἡμῖν
Ὁ γέρων, ὑδ' ὑπακούῃ; μῶν ἀπολώλεκε τὰς ἐμ-
Βάδας, ἢ προσέκοψε τῷ σκότῳ τ δάκτυλόν πω;
Εἶτ' ἐφλέγμηνεν αὐτῷ τὸ σφυρὸν γέροντος ὄντος;
Καὶ τάχ' ἂν βυβωνιάῃ. ἢ μὴν πολὺ δειμότατος

Γ' ἦν

vs. 251. Τί δὴ μαθὼν] In Lysistrata vs. 599. σὺ δὲ τί δὴ μαθὼν ὑκ ἀποδύσεις; ubi vide Notam.

vs. 254. Κοιδύλοις ναθετήσετε] In Equitibus vs. 1231. κοιδύλοις ἀμυστίδμην.

vs. 257. Ὥσπερ ἀτταγᾶς] Scholia: ὁ ἀτταγᾶς ὄρνεον ἐστὶν ἐνυγρόβιον ἐν τοῖς ἕλεσι, καὶ τερπόμενον ἐν τοῖς πηλώδεσι τόποις. *Attagen avis est, quae invenitur circa paludes, & gaudet coenosis locis.*

vs. 261. Ἀναγκαίως ἔχει] Euripides in Cyclope vs. 32. καὶ τῶν τὰ πρόσαχθέντ' ἀναγκαίως ἔχει Σαίρειν σιδηρᾷ τῇδέ μ' ἁρπαχῇ δόμους. *Et nunc secundum mandata, necesse est me ferreo isto rastro verrere domum.* Idem in Helena vs. 1415. Ὦ κλεινὸς πόσις· ἀναγκαίως ἔχει Τὰ πρῶτα λέκτρα, νυμφικὰς θ' ὁμιλίας Τιμᾶν. *O inclyte marite, necesse est Primum thalamum & consuetudinem nuptialem Honorare.* Noster in Pace vs. 334. ἀναγκαίως ἐσ ἔχον. ubi vide Notam.

vs. 263. Φιλεῖ δ' ὅταν ᾖ τυτί] i. e. cum fungi, vel potius (ut ait Plinius) imagines fungorum scintillant circa lychnos: ut dixit Maro I. Georg. *Scintillare oleum & putres*

CHOR. Quid tibi accidit, ut digito trudas ellychnium?
Praesertim in ista olei penuria, ô stulte.
Non enim id te mordet, quod care oleum est emendum.
PUER. Profecto si pergitis pugnis nos monere,
Extinctis lucernis nos domum abibimus.
Deinde in tenebris lucerna carens,
Lutum turbabis ambulans, tanquam attagen.
CHOR. Profecto ego alios etiam te majores castigo.
Sed istud, quod calco, mihi caenum videtur:
Et mirum ni quatriduo plurimam
Pluviam necesse est Jovem facere:
Sane insunt lucernis putres isti fungi:
Solet autem quam maxime, si istud fiat, pluere.
Expetunt autem fructus quicunque sunt serotini
Pluviam, & Boreae flatum.
Quidnam huic sodali nostro judici, qui hic habitat, dicam
Accidisse? quod non prodit huc ad gregem nostrum?
Sane ante hac non solebat trahi *uti lembus;* sed primus nobis
Praeibat cantans Phrynichi *carmen;* etenim homo ille
Libenter canit. Sed ego censeo, ut hic stantes, ô viri,
Et cantantes eum eliciamus: si forte audiens
Meum cantum prae voluptate prorepat foras.

CHORI MELOS.

Quid causae est, quod non ante ostium nobis apparet
Hic senex, nec auscultat? num perdidit soleas, aut digitum pedis in tenebris alicubi impegit?
Unde calcaneum ei suppuravit homini seni:
Et forsitan inguen etiam ei doleat? sane multo acerrimus

Erat

tres concrescere fungos. Ex notis *Florentis.*

vs. 262. Ἐπεισι γὰρ τοῖσιν λύχνοις ὑτοῖ μύκητες] Signum ingruentis pluviae; Aratus Διοσημ. Ἡ λύχνοιο μύκητες ἐγείσονται περι μύζαν Νύκλα κατὰ νοτίην. Agathias Scholasticus in Epigrammate: Μίπτοτε, λύχνε, μύκητα φέρεις, μὰ δ' ὄμβρον ἐγείρεις. *Ne, ô lychne, fungum feras & pluviam excites.* Virg. I Georg. *Scintillare oleum & putres concrescere fungos.* Hinc Apulejus 2. Metam. Pamphilen Sagam, quae ex vespertina lucerna imbrem praenunciabat, vocat *Grandem Lucernae Sibyllam.* Ex Notis *Florentis.*

vs. 266. Τί χρῆμα] In Nubibus vs. 817. τί χρῆμα πάσχεις, ὦ πάτερ.

vs. 269. Ἀνάδων Φρυνίχα] Ellipsis vocis μέλος aut similis. Sic infra vs. 1227. φέρω δὲ πρῶτος Ἁρμοδίου. Supra vs. 220. Judices Phrynichi carmina cantare soliti dicuntur.

vs. 275, 276. & 277. Προσίκοψε —— τὸν δάκτυλόν πως, εἶτ' ἐφλέγμηνεν αὐτῷ τὸ σφυρὸν, καὶ τάχ' ἂν βεβωνιῶν.] Haec verba imitatus est Aelianus Epist. 2. Ἡμερων ὁ μαλακὸς φιλλία ἐπέκοψε τὸ σκῶλος πάνυ χρηστῶς· καὶ θέρμη ἐπέλαβεν αὐτῷ· καὶ βεβῶν ἐπήρθη.

Γ' ἰὼ τ̃ παρ' ἡμῖν, ᾧ μόνῳ οὐκ ἂν ἐπείθετο.
Ἀλλ' ὁπότ' ἀντιβολοίη τις, κάτω κύπτων ἂν ὕπτα,
Λίθον ἕψεις, ἔλεγεν. ταῦτα δ' ἂν
Διὰ τ̃ χθεσινόν γ' ἄνθρωπον, ὃς ἡμᾶς διεδύετ'
Ἐξαπατῶν, ᾧ λέγων ὡς Φιλαθήναιῳ ἰὼ, ᾧ
Τὰ 'ν Σάμῳ πρῶτος κατείποι, ἀφ' οὗ τοῦτ' ὠθισθείς,
Εἶτ' ἴσως κεῖται πυρέττων.
Ἔστι γὰρ τοιοῦτος ἀνήρ. ἀλλ', ὦ 'γάθ', ἀνίασο, μήθ' ὕπτα
Σαυτὸν ἔδιε, μήθ' ἁγαπάκλῃ.
Καὶ γὰρ ἀνὴρ παχὺς ἥκει τ̃ πρωθόντων
Τὰ 'πὶ Θρᾴκης· ὃν ὅπως αἰχμεῖς, ἐγχυτριεῖς.
ΧΟΡ. Ὕπαγ', ὦ παῖ, ὕπαγε.
ΠΑΙ. Ἐθελήσεις π' μοι ἦν, ὦ
Πάτερ, ἰὼ" σε τὶ δειθῶ;
ΧΟΡ. Πάνυ γ', ὦ παιδίον· ἀλλ' εἰ-
πὲ τί βούλῃ με πεισθῆναι
Καλόν. οἶμαι δέ σ' ἐρεῖν ἀ-
γαθόν, ὥστε σ' ἐπαινέσαι.
ΠΑΙ. Μὰ Δί', ἀλλ' ἰσχάδας, ὦ πάππα· ἥδιον γάρ.
ΧΟΡ. Οὐκ ἂν μὰ τ̃ Δί', εἰ κρέμοιθέ γ' ὑμεῖς.
ΠΑΙ. Μὰ Δί' οὐκ ἄρα πρωπέμψω σε τὸ λοιπόν.
ΧΟΡ. Ἀπὸ γὰρ τῆδε μὲ ᾧ μαθαείῃ νιῦ
Τεῖτον αὐτόν τ' ἔχειν ἄλφιτα δεῖ, ᾧ
Ξύλα, κῷφον· σὺ δὲ νιῦ σῦκά μ' αἰτεῖς.
ΠΑΙ. Ἄγε νιῦ, ὦ πάτερ, ἰὼ" μὴ
Τὸ δικαστήριον ὦ ἔχων
Καθίσῃ νιῦ, πόθεν ὠνη-
σόμεθ' ἄριστον; ἔχεις ἐλ-
πίδα χρηστίν' τινα νῶϊν, ἢ
Πόρον, Ἑλλὰς, ἱερόν;
ΧΟΡ. Ἀπαπαῖ, φεῦ·
Μὰ Δί', ὄκνον ἔγωγε νῶϊν

οἴθ'

vſ. 280. Λίθον ἕψεις] Proverbium de rebus, quae fieri nequeunt, aut fruſtra fiunt. Scholiaſtes recenſet ſimilia: Πλίνθον πλύνεις. Χύτραν ποικίλλεις. Εἰς ὕδωρ γράφεις. Αἰθίοπα λευκαίνεις. Καλὰ θαλάττης σπείρεις· Laterem lavas. Ollam pingis. In aquam ſcribis. Aethiopem dealbas. In mare ſeminas. Apud Ariſtaenetum etiam Lib. II. Epiſt. 20. talia recenſentur, ubi inquit: ἐμοὶ προσλαλῶν ὡς πῦρ ξαίνεις· ῥέγεαθον φυσᾷς· σπόγγῳ πάτταλον κρούεις· καὶ τὰ ῥοπτὰ τῶν ἀμηχάνων ποιεῖς· Cum me alloqueris, in ignem pectis lanas, rete inflas, ſpongia clavum trudis, aliaque facis impoſſibilia.

vſ. 283. Τὰ 'ν Σάμῳ] v. g. Si in illa inſula forte aliqui conſpirarent contra Athenienſes. Subjecta autem eorum erat imperio.

vſ. 286. Σαυτὸν ἔδιε] Alcaeus: ἔδωδ' ἐμαυτὸν ὡς πολύπους. Me ipſum tanquam polypus comedi.

vſ. 288. & 289. Ἀνὴρ παχὺς ἥκει τῶν προδιδόντων τὰ 'πὶ Θρᾴκης] In Pace vſ. 638. τῶν δὲ συμμάχων ἔσωσεν τὰς παχεῖς καὶ πλησίους, αἰτίας ἂν προστιθέντες, ὡς φροντεῖ τα Βρασίδᾳ.

vſ. 289. ΧΟΡ.] Edd. Aldina & Juntina & nupera male ΠΑΙΔ. Farrei & Brubachii ΧΟΡ. recte: mox eaedem

Erat omnium noſtrum, & ſolus oratione non flectebatur:
Sed ſi quando aliquis eum ſupplex rogaret, tum ille capite ſic demiſſo,
Dicebat: lapidem coquis. Forte etiam
Propter heſternum illum hominem, qui nobis elabebatur
Decipiens nos, & dicens ſe favere Reipublicae, &
Quae in Samo gerantur primum indicare; id, inquam, aegre ferens
Forte jam in febre cubat.
Nam ſic homo eſt. Sed, ô bone, ſurge, & ne
Te ipſum edas, neque ringaris (*ſtomacheris, indigneris.*)
Etenim adeſt homo quidam opulentus, qui prodidit
Thraciam: quem tu foedare debes & perdere.
CHOR. Abi puer, abi.
PUER. Vellesne ergo aliquid mihi, ô
Pater, gratificari ſi quid abs te rogem?
CHOR. Omnino mi filiole; ſed
Dic, quid vis me tibi emere
Boni? arbitror autem te dicturum a-
ſtragalos fortaſſe, mi fili.
PUER. Non certe; ſed ficus, mi pater; plus enim placent.
CHOR. Non profecto *emam*, ſi vel ſuſpendatis vos.
PUER. Non ergo certe amplius te deducam.
CHOR. Nam ab iſta mercede judiciaria nunc
Noſtrûm tres oportet habere panem,
Et ligna, & obſonium: tu autem adhuc ficus a me pétis.
PUER. Age, mi pater, ſi noluerit
Praetor nunc fieri
Conſeſſum judicum, unde e-
memus prandium? habesne
Spem aliquam bonam? aut
Tu, ô Graecia, commeatum ſacrum?
CHOR. Papae! eheu!
Equidem profecto nobis

Unde

caedem iſtae recte etiam ΠΑΙ. quod in illis deeſt.

vſ. 295. Ὦ παπία] Machon apud Athenaeum XIII. p. 583. Πτολεμαῖε, διψῶ, φησι, παπία σφόδρα· *Valde inquit ſitio, Ptolemaee patercule.* Apud Noſtrum in Pace vſ. 119. Pater inquit ad filias: ἠίκ' ἂν αἰτίζωτ' ἄρτον πάππαν με καλῶσαι.

vſ. 297. Εἰ κρέμοισθέ γ' ὑμεῖς] In Nubibus vſ. 891. εἰ κρέμαιό γε.

vſ. 300. Τρίτον αὐτόν] Saepe ita loquitur Thucydides; unum exemplum afferam ex Lib. I. Κορινθίων δὲ στρατηγὸς ἦν) Ξεγοκλείδης ὁ Εὐθυκλέους, πέμπτῳ αὐτός. Ubi Scholia: ἀντὶ τοῦ, αὐτός, μετ' ἄλλων τεσσάρων.

vſ. 301. Σὺκά μ' αἰτεῖς] Paulo ante puer dicebat: ἀλλ' ἰσχάδας, ὦ παπία. Ergo Synonyma ſunt.

vſ. 303. Τὸ δικαστήριον ὡ ἔρχων] Infra vſ. 1449. ἕως ἂν τὴν δίκην ἄρχων καλῇ.

vſ. 305. Ἔχεις ἐλπίδα χρηστήν τινα] In Pluto vſ. 212. ἔχω τὴν ἀγαθὴν ἐλπίδα.

vſ. 307. Πόρον Ἑλλάς] Ex Pindaro, ut Scholiaſtes monet: Παυσανίᾳ μὲν ὑπερτύντιον Ἑλλὰς πόρον ἰεμόν.

Οἰδ' ὁπόθεν δεῖπνον ἕξω.
ΠΑΙ. Τί με δῆτ', ὦ μελέα μῆτερ, ἐπίλες,
Ἵν' ἐμοὶ φράγματα βόσκειν παρέχῃς;
ΧΟΡ. Ἀνόητον ἄρα σ', ὦ θυλάκιόν γ', εἶχον ἄγαλμα.
ΠΑΙ. Ἔ, ἔ! πάρα νῶϊν φενάζειν.

ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ, ΧΟΡΟΣ.

ΦΙΛ. Φίλοι, πάλαι μὲ τήκομαι ἀφ' ὅτου ὀπῆς
Ὑμῶν ὑπακούων· ἀλλ' οὐχ οἷός τ' εἰμὶ ἀφθείν.
Τί ποιήσω; τηρῶμ' ὑπὸ τῶνδ', ἐπεὶ
Βούλομαί γε πάλιν μεθ' ὑμῶν
Ἐλθὼν ὅπως κακόν τι ποιῆσαι.
Ἀλλ', ὦ Ζεῦ, μέγα βρόντα, καί με
Ποίησον καπνὸν ἐξαίφνης,
Ἢ Προξενιάδιον, ἢ τὸ Σέλ-
λου, τοῦτον τὸ ψευδαμάμαξον.
Τόλμησον, ἄναξ, χαρίσασθαί μοι
Παθὼν οἰκείως· ἢ με κεραυνῷ
Διαπυθαλέῳ σπόδισον ταχέως·
Κἄπειτ' ἀνελὼν μ' ἀποφυσήσας
Εἰς ὀξάλμιον ἔμβαλε θερμιού.
Ἢ δῆτα λίθον με ποίησον, ἐφ' ᾧ
Τὰς χοιρίνας ἀερθμῶσιν.
ΧΟΡ. Τις γ' ἔσθ' ὁ ταῦτά σ' εἴργων, κἀποκλείων τὰς θύρας;
Λέξον·

vs. 310. Ὁπόθεν δεῖπνον ἕξαι] In Equitibus vs. 1188. οἴμοι πόθεν λαχᾶμα μοι γενήσεται.

vs. 312. Πράγματα βόσκειν παρίχῃς] Ex Thefeo Euripidis, inquit Scholiaftes. Noftet in Avibus vs. 1359. εἶπερ γά μοι καὶ τὸν πατέρα βοσκητέον.

vs. 313. & feq. Ἀνόητον —— ἄγαλμα] Hoc etiam ex Thefeo Euripidis effe dicit Scholiaftes.

Ibid. Ὦ θυλάκιον] Alloquitur facculum, quem fert ad emendam farinam, fi mercedem judiciariam acceperit. In Eccleſiazuſis vs. 383. ille qui tardius venerat in concionem, nec mercedem acceperat, dicit: ὡς' αἰσχύνομαι μὰ τὸν Δί' οὐδὲν' ἄλλον, ἢ τὸν θύλακον.

vs. 316. Φίλοι] Senex per foramen alloquitur Chorum, quia non poteſt domo exire.

Ibid. Τήκομαι] Euripides in Electra vs. 208. αὐτὰ δ' ἐν χείροιν φέρουσ ἰαίω ψυχὰν τακομένα· Ipſa vero in pauperibus aedibus habito tabeſcens animo.

vs. 317. Ἀλλ' οὐχ οἷός τ' εἰμὶ ἀφθείν] Supra vs. 270. de Philocleone dicebat Chorus: καὶ γὰρ ἐστιν ἀνὴρ φιλωδός.

vs. 321. Κακόν τι ποιῆσαι] Infra vs. 339. Οὐκ ἐᾷ μ', ὦ ἄνδρες, δικάζειν οὐδὲ δρᾶν οὐδὲν κακόν.

vs. 322. & feq. Καί με ποίησον καπνόν] Optat hoc, ut evolare poſſit. Sic Aeſchylus in Supplicibus vs. 786. μόλις γεωρύχοις καπνὸς ἥρπασε γαιτνιῶν Διός, τὸ παῖ δ' ἀφανῆ· Ater utinam fumus fiam nubibus appropinquans Jovis, omnino evanidus.

vs. 324. Προξενιάδην] Inanes jactatores & promiſſores dicebantur καπνοί· fuit autem talis jactator iſte Proxeniades ſive Proxenides; in Avibus vs. 1126. Προξενίδης ὁ Κομπάσους· quem locum indicavit Scholiaftes.

Ibid. Ἢ τὸν Σίλλα] Iſte eſt Aeſchines, infra vs. 1242. Αἰσχίνης ὁ Σίλλα. Hunc iterum fumum vocat infra vs. 457. nonnihil mutato nomine paterno: καὶ σὺ πρόσθεις Αἰ-

Unde coena erit nescio.
PUER. Cur me ergo peperisti, ô infelix mater,
Ut molestias sustineam in alendo patre?
CHOR. Inutile ergo mihi, ô fac-
cule, simulacrum eras.
PUER. Ah, ah! parati nobis sunt gemitus.

PHILOCLEON, CHORUS.

PHIL. Amici, dudum tabesco, per foramen
Vobis auscultans; sed non possum canere.
Quid agam? asservor ab istis, quoniam
Volo denuo vobiscum
Ire ad urnas *judiciarias*,
Et aliquid mali facere.
Sed, ô Jupiter, tona vehementer, & ex me
Fac fumum subito,
Aut Proxeniadem, aut Sel-
li filium, qui mentitur labruscam.
Ne dubita, ô rex, istud mihi gratificari
Sortem miseratus meam: aut me fulmine
Ardenti cinefac ocyus:
Deinde me sublatum desla,
Et in muriam calidam aceto mistam injice:
Aut me in lapidem converte, super quo
Calculos numerant.
CHOR. Quis est ergo, qui te ab istis arcet, & occludit fores?

Dic;

Αἰσχίνην, ἔντυφε, τὸν Σελλαρτιόν.

vs. 325. Ψευδαμάμαξυν] Scholia: εἶδος ἀμπέλου ἡ ἀμάμαξυς· ἣν λέγουσιν ἀναδενδράδα. ὅταν δὲ κίρνηται παρὰ τὸ ψεύδεσθαι τὸν Αἰσχίνην, καὶ ψοφώδη καμινὸν λέγειν· καὶ τὸ ξύλον γὰρ τῆς ἀμαμάξου καιόμενον ψόφον ἀποτελεῖ· *Species vitis est ἀμάμαξυς alias ἀναδενδράς dicta. Ita dicitur autem Aeschines, quia mentiretur & nimis magna creparet. Nam & lignum illius vitis, si ardeat, crepitum excitat.*

vs. 326. & seq. Τόλμησον —— εἰκλείρας] Sophocles in Philoctete vs. 1088. ἰὼ ὦ τέκνον, τόλμησον· οἰκλείρόν τε μεθες, aude sili & mei miserere.

vs. 327. Κεραυνῶ] Idem Trachin. vs. 1104. ἔτυσον, ὦ ναῦ, ἐγκατάσκηψον βέλος, πάτερ, κεραυνῶ· *Face, ô Rex deorum, jaculare fulmen.*

vs. 328. Διατηθαλίᾳ] Scholia: διαθέρμῳ.

vs. 329. Κἄπειτ' ἀπὸλῶν μ' ἀποψυσήσας] Nempe tanquam piscem in carbonibus tostum. Scholia: τῶν γὰρ ἀναθραυσθέντων ἰχθύων ἀποψυσῶσι τὴν σποδόν· *A piscibus enim, qui in carbonibus sunt tosti, desiant cinerem.*

vs. 330. Εἰς ὀξάλμην] Tanquam piscem, ut Cratinus: Ἀνθ' ὧν πάντας ἑλὼν ὑμᾶς ἑρίφους ἑταίρους Φρυξὶς, ἐψήσας, κἀναθρακίσας, ὀπτήσας. Εἰς ἅλμην τέ και ὀξάλμην, κατὰ σκορόδαλμον. Χλιαρὸν ἐμβάπτων, ὃς ἂν ὀπτότατός μοι ἀπάντων Ὑμῶν φαίνηται κατατιῶμαι, ὦ γραττῶται· *Quapropter ubi omnes vos prehendero dilectos socios; Frixos, elixatos, in prunis tostos, assatos, in muriam, & acidam muriam & in alliatam muriam, Tepidum intingens, illum, qui mihi optime assatus videbitur, ô milites, devorabo.* apud Athenaeum IX. p. 385. ubi etiam praesens Aristophanis locus citatur.

vs. 332. Χοιρίνας] Vide ad Equites vs. 1329. Apparet autem, super lapide solitos fuisse numerare suffragia urnis exempta.

Λέξον· πρὸς οὕνεκ' γ' ἐρεῖς.
ΦΙΛ. Οὑμὸς υἱός. ἀλλὰ μὴ βοᾶτε· κ' γ' τυγχάνῃ
Οὑτοσὶ προσθεν καθεύδων. ἀλλ' ὕφεσθε τὴν τόνε.
ΧΟΡ. Τῇ δ' ἐφέξειν, ὦ μάταιε, ταῦτα δρᾶν σε βούλεται;
Τίνα πρόφασιν ἔχων;
ΦΙΛ. Οὐκ ἐᾷ μ', ὦ ἄνδρες, δικάζειν, οὐδὲ δρᾶν οὐδὲν κακόν.
Ἀλλά μ' οἰωχεῖν ἕτοιμός ἐστ'· ἐγὼ δ' οὐ βούλομαι.
ΧΟΡ. Τοῦτ' ἐτόλμησ' ὁ μαρὸς χαιρεῖν ὁ Δημολοχλέων,
Εἴτ' λέγεις περὶ τῶν νεῶν ἀληθὲς ἄν;
ΦΙΛ. Οὐ γ' ἄν ποθ' οὗτος ἀνὴρ τοῦτ' ἐτόλμησε λέγειν,
Εἰ μὴ ξυνωμότης τις ἦν.
ΧΟΡ. Ἀλλ' ἐκ τούτων ὥρα τινά σοι ζητεῖν καινὴν ὀπήνην,
Ἥτις σε λάθρα τοὐνδρὸς τοῦδε καταβήναι δεῦρο ποιήσει.
ΦΙΛ. Τίς ἂν ἦν εἴη; ζητεῖθ' ὑμεῖς· ὡς πᾶν ἔγωγε ποιοίμην·
Οὕτω κινῶ πρὸ τῶν σανίδων μὴ χοιρίνης περιελθεῖν.
ΧΟΡ. Ἔστιν ὀπὴ δῆθ', ἥντιν' αὖ ἔνδοθεν οἷός τ' ἦς διορύξαι,
Εἶτ' ἐνδυῶν ῥάκεσι κρυφθεὶς, ὥσπερ πολύμητις Ὀδυσσεύς.
ΦΙΛ. Πάντα πέφρακται, κοὐκ ἔστιν ὀπῆς οὐδ' εἰ σέρφῳ βαδιοῦμαι.
Ἀλλ' ἄλλο τι δεῖ ζητεῖν ὑμᾶς· ὀπαῖον δ' οὐκ ἔτι γενέσθαι.
ΧΟΡ. Μέμνησαι δῆθ', ὅτ' ὀπὴ γραπὰς κλέψας ποτὲ τὰς ὀβελίσκους,
Εἶτα σαυτὸν κατ' οὖν τείχους, ὅτε δή γ' ἡ Νάξος ἑάλω;
ΦΙΛ. Οἰμοῖ· ἀλλὰ τί τοῦτ'; οὐδὲν γοῦν τοῦτ' ἐστὶν ὀνείρῳ προσόμοιον.
Ἤδειν γάρ, κἀβουλόμην κλέπτειν, ἰσχύν τ' αὐτὸς ἐμαυτῷ·
Κοὐδείς μ' ἐφύλαττεν, ἀλλ' ἐξῆν μοι
Φεύγειν ἀδεῶς. νυνὶ δὲ σὺν ὅπλοις
Ἄνδρες ὁπλῖται παρατεταγμένοι,
Καθ' τὰς ὁδοὺς σκοπιωροῦσιν.
Τὼ δὲ δύ' αὐτῶν ὀπὶ ταῖσι θύραις
Ὥσπερ με ταλαὸν κρέα κλέψασαν,
Τηρεῖσιν ἔχοντ' ὀβελίσκους.

ΣΤΡΟ-

vs. 334. Λέξον· πρὸς οὕνεκα γὰρ φράσεις] Euripides in Iph. Aul. vs. 44. Φέρε, κοίνωσον μῦθον ἐς ἡμᾶς· πρὸς δ' ἄνδρ' ἀγαθὸν πιστόν τε φράσεις· *Age communica rem nobiscum; Dices autem viro bono & fideli.* Noster in Pluto vs. 25. οὕνεκ γὰρ ὧν σοι πυνθάνομαι.

vs. 337. Τῇ δ' ἐφέξειν] Ellipsis; deest enim, οἴεται, *putat*; aut ἐλπίζει, *sperat*, aut simile: ut sit: τῇδε σὲ ἐφέξειν οἴεται; *Ab hoc te inhibiturum se putat?* nemo autem putet infinitivum ἐφέξειν cum βούλεται construi; nam βούλομαι & similia nunquam construuntur cum futuro infinitivi; non enim dicimus βούλομαι aut ἐπιθυμῶ γράψειν. Scholiastes annotat aliam lectionem, nempe ὑφέξειν qua stante sensus est: τῇδε (scil. τῇ τόνε) ὑφέξειν ἡμᾶς οἴει; *Ab hoc clamore nos aliquid remissuros putas?* dicit autem hoc Chorus, quia senex dixerat: ὕφεσθε τὴν τόνε.

vs. 338. Τίνα πρόφασιν ἔχων] Infra vs. 465. τῶν νόμων ἡμᾶς ἀπείργεις, ὧν ἔθηκεν ἡ πόλις, ὅτε τὴν ἔχων πρόφασιν, ὅτε λόγων εὐτράπελον.

vs. 339. Οὐδὲ δρᾶν οὐδὲν κακόν] Quia multa mala solebant judices facere, & saepe innocentes condemnare, si essent divites. Supra vs. 321. idem iste dicebat: βούλομαί γε πάλιν μετ' ὑμῶν ἐλθὼν ἐπὶ τὰς καδίσκους κακόν τι ποιῆσαι.

vs. 341. Δημολοχλείων] Ex δῆμος, & λόχος & Κλέων, exponitur a Scholiaste: ὁ τύραννος καὶ ἀρχόντιών, id est, *Tyrannus ille & imperii affectator.* Quasi sui oblitus hoc dicit Chorus: nam alias φιλόδημον Cleonem putat.

vs. 342. Εἶτα περὶ τῶν νεῶν] Quasi illa causa sit

Dic; nam amicis dixeris.
PHIL. Meus filius; ſed ne clamate; etenim
In anteriore parte aedium dormit: ſed remittite nonnihil a tenore *vocis*.
CHOR. Ab iſtane re inhibere te, ô vane, & ita de te mereri cogitat?
Quamnam praetendens cauſam?
PHIL. Non ſinit me, ô amici, jus dicere, nec aliquid mali facere,
Sed me conviviis exhilarare paratus eſt; ego autem nolo.
CHOR. Hoccine impurus ille auſus eſt *loqui* & hiſcere, Cleonis imitator in opprimendo populo,
Si vera tu dicas de navibus?
PHIL. Sane iſte homo nunquam hoc auſus fuiſſet dicere,
Niſi eſſet conjurationis alicujus particeps.
CHOR. Sed tempus eſt, ut in hoc rerum ſtatu quaeras novum aliquod commentum.
Quod efficiat, ut clam iſto viro huc deſcendas.
PHIL. Quidnam id eſſe poſſit? vos quaerite; nam ego quodlibet faciam:
Sic cupio per tabulata *judicialia* ſpatiari cum calculo.
CHOR. Eſtne ergo foramen, quod intus poſſis perfodere,
Atque elabi pannis tectus, uti prudens ille Ulyſſes?
PHIL. Omnia ſunt obſepta, nec vel formicae exitus patet.
Sed aliud quippiam quaerere vos oportet; foramen fieri nequit.
CHOR. Meminiſtine ergo te in militia aliquando furatum verua,
Et te ipſum de muro demiſiſſe, cum inſula Naxus caperetur?
PHIL. Scio; ſed quid iſtud? non enim hoc eſt ſimile illi facto.
Juvenis enim eram, & poteram furari, measque vires integras habebam:
Nec quisquam me cuſtodiebat, ſed licebat mihi
Tuto fugere: nunc autem cum armis
Viri armati, ordine diſpoſiti
Per vias, in ſpeculis ſunt:
Duo autem eorum ad fores
Me tanquam felem, quae carnem furata eſt,
Obſervant, verua manibus tenentes.

STRO-

ſit cur Bdelycleon a concione arceat Philocleonem; quia iſte ſoleret ibi de navibus inſtruendis aut non inſtruendis audacter nimis pronuntiare; erat autem quibusdam utile, ſi claſſis inſtrueretur, quibusdam non: in Eccleſiaz. vſ. 197. ναῦς δὴ καθέλκειν τῷ πένητι μὲν δοκεῖ· τοῖς πλουσίοις δὲ καὶ γεωργοῖς ἀ δοκεῖ.

vſ. 344. Εἰ μὴ ξυναμότης τις ἦν.] Levibus de cauſis ſtatim quemlibet ſuſpectum habebant conjurationis aut tyrannidis affectatae: infra vſ. 485. ὡς ἅπανθ' ὑμῖν τυραννὶς ἐστι καὶ ξυναμόται.

vſ. 348. Κιτλῶ] In Pace vſ. 496. οἱ κιτλῶντες εἰράνης.

vſ. 351. Σίφων] Eſt beſtiola parva, quibusdam *formica alata*. Scholiaſtes hic annotat proverbium: ἔνεστι κἀν μύρμηκι κἀν σίφωνι χολή· *Ineſt etiam formicae & ſerpho bilis.*

vſ. 352. Ὀπίαν] Quam Chorus ὀπὴν, iſte ὀπίαν dicit.

vſ. 353. Κλέψας ποτὲ τὰς ὀβελίσκους] Supra etiam vſ. 237. unus de Choro commemorat ſodali ſuo furtum, quod militiae commiſerint: στρατεύεσθαι γὰρ τῆς ἀποικίδος λαβόντ' ἐκλέψαμεν τὸν ὅλμον. Iſte ipſe Bdelycleo narraturus quid ipſe juvenis fortiter & praeclare geſſerit, dicit: ἐκεῖν' ἐκεῖν' ἀνδρειότατόν γε τῶν ἐμῶν, ὅτ' Ἐργασίαν τὰς χάραπας ὑφειλόμην.

vſ. 354. Ἰεὶς] Ita recte Edd. priſtinae; non ἰεὶς ut nupera, quod orationem imperfectam reddit.

vſ. 356. Ἰσχυέν τ' αὐτὸς ἐμαυτῷ] Pro: καὶ τότε αὐτὸς ἐμαυτῷ ἰσχυρότατος ἦμην.

vſ. 362. Γαλὴν κρέα κλέψασαν] In Pace vſ. 1152. εἴ τι μὴ 'ξήνεγκεν αὐτῶν (τῶν λαχάνων) ἡ γαλῆ τῆς ἑσπέρας.

ΣΤΡΟΦΗ ΚΩΛΩΝ η'.

ΧΟΡ. Ἀλλὰ ἐγὼ νιῶ ἐκπόιζε μηχανὴν ὅπως τάχιστα.
Ἕως γ', ὦ μελίτιον.
ΦΙΛ. Διατρυγᾶν τοίνυν κράτιστον ἐστί μοι τὸ δίκτυον.
Ἡ δέ μοι Δίκτυννα συγγνώμην ἔχει ἐμοὶ δικτύου.
ΧΟΡ. Ταῦτα μὲν πρὸς ἀνδρὸς ἐστ' ἄνοντος ἐς σωτηρίαν.
Ἀλλ' ἔπαγε δὴ τί σὺ γνάθον.
ΦΙΛ. Διατέτρωκλαι τοῦτό γ'. ἀλλὰ μὴ βοᾶτε μηδαμῶς·
Ἀλλὰ τηρώμεθ', ὅπως μὴ Βδελυκλέων ἀΐσθηται.

ΣΤΡΟΦΗ ΕΤΕΡΑ ΚΩΛΩΝ η'.

ΧΟΡ. Μηδέν, ὦ τᾶν, δέδιθι μηδέν· ὡς ἐγὼ τοῦτόν γ', ἐὰν
Γρίζῃ τι, ποιήσω δακεῖν
Τὴν καρδίαν,
Καὶ τὸν πρὸς ψυχῆς δρόμον
Δραμεῖν· ἵν' εἰδῇ μὴ πατεῖν
Τὰ ταῖν θεαῖν ψηφίσματα.
Ἀλλ' ἐξάψας ἀφ' ἑαυτοῦ τὸ θυείδου τὸ καλώδιον, εἶτα καθίμα
Δήσας σαυτόν, ὦ τλῆμον ψυχῆς ἐμπλησάμενος διοπετοῦς.

vſ. 365. Μελίτιον] Ita Edd. priſtinae, non μελίτινον.

vſ. 366. Διατρυγᾶν] Supra vſ. 164. διατρύξομαι τοίνυν γ' ἐδῶ τὸ δίκτυον. Erat autem area aedium reti obducta, ne ſenex tanquam avis evolare poſſit; ſupra vſ. 131. ἡμεῖς δὲ τὴν αὐλὴν ἅπασαν δικτύοις καταπετάσαντες ἐν κύκλῳ, φυλάττομεν.

vſ. 367. Ἡ δέ μοι Δίκτυννα] Ludit in vocibus Δίκτυννα & δίκτυον. Notum eſt Dianam dictam Dictynnam ἀπὸ τῶν δικτύων. In Ranis vſ. 1402. ἅμα δὲ Δίκτυννα παῖς Ἄρτεμις καλὴ τὰς κυνίσκας ἔχουσ' ἐλθέτω. Ubi Scholia: Δίκτυνναν δὲ λέγει τὴν Ἄρτεμιν διὰ ταῦτα, ἐπειδὴ τῶν κυνηγεσίων ἐστὶ τὸ δίκτυα φέειν· ἔρυμα δὲ κυνηγίας ἡ Ἄρτεμις· Dicit autem Dianam Dictynnam, propterea quia venatorum eſt retia ferre; eſt autem Diana Praeſes venationis.

vſ. 367. Ταῦτα πρὸς ἀνδρὸς ἐστί] In Ranis vſ. 531. ταῦτα πρὸς ἀνδρὸς ἐστι τῶν ἐχόντων. Euripides in Hercule Furente vſ. 585. πρὸς σὸν μέν. ὦ παῖ, τοῖς φίλοις εἶναι φίλον· Tuum eſt, o fili, amicis eſſe amicum.

Ibid. Ἄνοντος] Scholia: ἀντὶ τοῦ, ἀνύοντος τὰ πρὸς σωτηρίαν καὶ εὑρίσκοντος· τὸ δὲ ἄνοντος γίνεται παρὰ τὸ ἄνω, βαρύτονον· ἢ τὸ τρίτον τὸ παθητικὸν ἐνεργητικόν, ἀνύεται· ὡς τό· Μάλα γὰρ νὺξ ἄνυται. Id eſt: ἄνοντος, pro ἀνύοντος, facientis, ut ſit: facientis & invenientis ea quae ſunt ad ſalutem. Fit autem illud ἄνοντος a verbo barytono ἄνω: cujus tertia perſona praeſentis paſſivi eſt ἄνυται, ut in illo Homeri: —— μάλα γὰρ &c. id eſt: valde enim nox perficitur, id. eſt, procedit. Utitur hoc verbo & Aeſchylus in Choëphoris vſ. 797. ἀνομένων πημάτων· dum mala fiunt: ubi Scholia: ἀνυομένων.

vſ. 370. Διατέτρωκλαι τοῦτό γε] Apparet ſenem edentulum

STROPHE VERSUUM VIII.

CHOR. Sed etiamnum exprome aliquam machinationem quam primum,
ô Mellite; nam aurora adeſt.
PHIL. Optimum itaque erit perrodere rete.
Ignoſcat autem mihi Dictynna, ſi rete *perrodam.*
CHOR. Hoc viri officium eſt, qui ſaluti ſuae conſulit.
Sed admove tuam maxillam.
PHIL. Perroſum hoc quidem eſt. Sed ne clamate:
Verum caveamus, ne Bdelycleo ſentiat.

STROPHE ALTERA VERSUUM VIII.

CHOR. Nihil timeas, ô amice, nam ego iſtum, ſi
Mutit, cogam mordere
Cor ſuum:
Et de vita
Certare; ut ſciat non eſſe calcanda
Dearum ſcita.
Sed funem aptato ad feneſtram, deinde demitte
Te ipſum alligatum, & concipe animo furorem Diopithis.

tulum miſere laboraſſe in perrodendo reti. Supra vſ. 164. cum dixiſſet: *διατρέξομαι τὸ δίκτυον·* filius ad eum dicebat: *ἀλλ' ἂν ἔχεις ὀδόντας.*

vſ. 372. & ſeq. *Ἐὰν γρύξῃ τι.*] In Nubibus vſ. 942. *ἂν ἀναγρύζῃ.*

Ibid. *Δακεῖν τὴν καρδίαν.*] In Acharn. vſ. 1. *ὅσα δὴ δάκνυμαι τὴν ἐμαυτῆς καρδίαν.*

vſ. 375. & ſeq. *Τὸν περὶ ψυχῆς δρόμον δραμεῖν.*] Euripides in Oreſte vſ. 875. de Oreſte cui capitale judicium inſtabat: — *Ὀρέστην ἐκεῖνον οὐχ ὁρᾷς πέλας Στείχοντ' ἀγῶνα δυσσέβειαν δραμούμενον;* *Oreſtem illum non vides prope hic incedentem, qui curret letale certamen.*

vſ. 376. *Μὴ πατεῖν.*] Pro *contemnere.* Aeſchylus in Agamemnone vſ. 378. *οὐκ ἔρα τις θεὸς βροτῶν ἀξιοῦσθαι μέλειν, ὅσοις ἀθίκτων χάρις πατεῖται·* *Negavit aliquis, deos illorum hominum, dignari curam gerere, quicumque non tangendorum (id eſt, Sacrorum) majeſtatem conculcarent.*

377. *Τῶν θεῶν.*] Cereris & Proſerpinae.

Ibid. *Ψηφίσματα.*] Scholia: *ἀντὶ τοῦ τὰ μυστήρια εἰπεῖν, ψηφίσματα εἶπεν, ὡς δὲ οὐχ ἧττον περὶ ταῦτα ἢ περὶ ἐκεῖνα ἐσπουδακέναι·* *Pro myſteria (Dearum) dixit pſephismata; ut ſignificet ſe non minus pſephismatum curam gerere quam myſteriorum.*

vſ. 378. & ſeq. *Καθίμα δήσας σαυτὸν.*] Infra vſ. 395. *καθιμᾶ αὐτὸν δήσας.*

vſ. 379. *Διοπείθης.*] Amipſias Comicus: *Διοπείθει τῷ παραμαινομένῳ·* *Furenti Diopithi.* apud Scholiaſtem ad Aves vſ. 989. Poſuit autem Comicus noſter Diopithem pro furore Diopithis; per metonymiam ſubjecti pro adjuncto; ſic in Acharnenſibus Euripidem ponit pro ejus arte Muſica vſ. 483. *καταπιὼν Εὐριπίδην.*

ΣΥΣΤΗΜΑ ΚΑΤΑ ΠΕΡΙΚΟΠΗΝ.

ΦΙΛ. Ἄγε νῦν, ἢν αἰδομένῳ τῳ̃τω ζητεῖτοι μ' ἐκκαλαμᾶσθαι,
Κἀνασπαστὸν ποιεῖν εἴσω· τί ποιήσετε; φράζετε νυί.
ΧΟΡ. Ἀμυνέμεν σοι, τὸν περινώδη θυμὸν ἅπαντες καλέσαντες·
Ὥστ' ἢ δυνατόν σ' ἐγγεν· τὰ τοιαῦτα ποιήσομεν ἡμεῖς.
ΦΙΛ. Δράσω τοίνυν γ' ὑμῖν πίσυνος· ἢ μανθάνετ', ἤν τι πάθω 'γώ,
Ἀνελόντες ἢ κλαύσαντες θεῖναί μ' ὑπὸ τοῖσι δρυφάκτοις.
ΧΟΡ. Οὐδὲν πείσῃ· μηδὲν δείσῃς. ἀλλ', ὦ βέλτιστε, καθίῃ
Σαυτὸν θαρρῶν, καὶ παθὼν ἅμα τοῖσι πατρῴοισι θεοῖσιν.
ΦΙΛ. Ὦ Λύκε δέσποτα, γείτων ἥρως· σὺ γάρ, οἷσθ' ἐγώ, κεχάρησαι
Τοῖς δακρύοισι τῶν φθονούντων αἰεὶ ἢ τοῖς ὀλοφυρμοῖς·
Ὠικισας γὰρ ὀπίτηδες ἰὼν σαυτοῦ, ἵνα ταῦτ' ἀκροᾶσθε,
Καβελήθης μόνος ἡρώων ὧδὶ τὰ κλάονθα καθᾶσθαι.
Ἐλέησον ἢ σῶσον νυὶ τὰ σαυτοῦ πλησιόχωρον·
Κὰ μήποτέ σε ὧδὶ τὰς κάννας ἐρήσω, μηδ' ὑποπαρδῶ.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ, ΟΙΚΕΤΗΣ, ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ, ΧΟΡΟΣ.

ΒΔΕΛ. Οὗτος, ἐγείρου. ΟΙΚ. Τί τὸ θρᾶγμ'; ΒΔΕΛ. Ὥσθ' ὁ φωνή με τὶς ἐγκεκύκλωται.
ΟΙΚ. Μῶν ὁ γέρων πῆ ἀφανύεται; ΒΔΕΛ. Μὰ Δί', ἀλλὰ καθιμᾷ
Αὐτὸν δήσας. ΟΙΚ. Ὦ μαρώτατε, τί ποιεῖς; ἀ μὴ καταβήσῃ.
ΒΔΕΛ. Ἀνάβαιν' ἀνύσας κἀτ' ἐτέραν, ἢ παῖσι φυλλάσι παῖε,
Ἤν πως φρύμναν ἀνακρύσῃ, πλήγεὶς ταῖς εἰρεσιώναις.
Οὐ ξυλλήψεσθ' ὁπόσοις δίκαι τῆτες μέλλουσιν ἔσεσθαι;
ΦΙΛ. Ὦ Σμικυθίων, ἢ Τισάνδη, ἢ Χρήμων, ἢ Φερέδειπνε·
Πότε δ' εἰ μὴ νυῦ, ἐπαρήξετέ μοι, πρὶν μ' εἴσω μᾶλλον ἄγεσθαι.

ΣΤΡΟ-

vs. 380. Ἐκκαλαμᾶσθαι] Scholia: ἀντὶ τῦ ἀνιμᾶν· ὡς οἱ τοῖς καλάμοις τὰς ἰχθύας κλίνοντες. *Pro* ἀνιμᾶν, id est, *sursum trahere; ut illi qui pisces calamis sursum trahunt.* Occurrit & infra vs. 607.

vs. 382. Τὸν περινώδη θυμόν] In Acharn. vs. 179. σπλῆνι γὰρ ἐοικότες, πρίνινοι, ἀτιμάμενοι —— σφενδάμνινοι.

vs. 384. Δράσω τοίνυν ὑμῖν πίσυνος] In Nubibus vs. 436. δράσω τἀθ' ὑμῖν πιστεύσας. quod idem plane est.

Ibid. Ἤν τι πάθω] *Si moriar delapsus.*

vs. 386. Καθίῃ] Euripides in Troadibus vs. 1010. Κἄπειτα πλευραῖς σῶμα σὸν κλέπτειν λέγω Πύργων καθεῖσα· *Et deinde corpus tuum dicis te clam subducere voluisse, per funes de turribus demittentem.*

vs. 388. Ὦ Λύκε] Lycum Heroëm invocat potius quam alios Deos, quia erat forensis. Infra vs. 825. Philocleon litem canum domi dijudicaturus, etiam Simulacrum Lyci, tanquam rem scilicet necessariam in judicio, jubet efferri.

vs. 393.

SYSTEMA EX PERICOPA.

PHIL. Age nunc, si isti sentiant haec, & me velint reducere
Atque retrahere intro, quid facietis? dicite jam.
CHOR. Opem tibi feremus, & omnem adsciscemus animum ilignum *& durum*,
Ut nequeat te prohibere: talia nos facinora inceptabimus.
PHIL. Sic itaque faciam vobis fretus: & mementote, si quid mihi acciderit,
Ut me *vestris manibus* sublatum & defletum, sub cancellis sepeliatis.
CHOR. Nihil mali accidet tibi; ne timeas: sed, ô bone, demitte
Te ipsum audacter, & invoca prius Deos patrios.
PHIL. ô Lyce domine, Heros vicine; tu enim iisdem mecum delectatus es:
Lacrymis, *inquam*, reorum perpetuo, & lamentis.
Huc sane venisti habitatum data opera, ut haec audires,
Et solus omnium Heroum voluisti apud flentem sedere:
Miserere mei, & me vicinum tuum serva.
Hoc si annues, nunquam tuas canneas tegetes permingam, nec percacabo.

BDELYCLEON, SERVUS, PHILOCLEON, CHORUS.

BDEL. Heus tu surge. SERV. Quid hoc negotii est? BDEL. Quasi vox quaedam me circumdedit.
SERV. Num senex alicubi prorepit? BDEL. Non certe; sed demittit
Se alligatum. SERV. O impurissime, quid facis? nunquam descendes.
BDEL. Ascende ocyus in alteram *fenestram*, & verbera ramis,
Si qua ratione retro se convertat, illis caesus.
Nonne juvabitis, quotquot hoc anno lites habebitis?
PHIL. ô Smicythio, & Tisiades, & Chremo, & Pheredipne:
Quando succurretis, si nunc non, priusquam magis introrsum trahar?

STRO-

vs. 393. Κόνιας] Scholia: Ὡς ῥιᾳθεῖς δὲ περιφαπτόμενα τῶ Ἡρῴῳ, καὶ ἐστεφανωμένα, φησίν, ἐ παρὰ κάννας ἔρπω· τοῦτ' ἔστιν· οὐκ ἐνυβρίσω σῶ τὸ Ἡρῷον· ἀλλὰ τιμήσω. *Quasi delubrum Lyci cannis sit septum & obtectum, dicit: Non mejam ad cannas. Id est: Contumelia non afficiam delubrum tuum, sed honorabo.* Similis phrasis est: κατατιλᾷν τῶν Ἑκαταίων. in Ranis vs. 369.

vs. 398. Πρίμενεν ἀνακρόσπαται] Quasi de remigante.

Ibid. Εἰρεσιώναις] Hoc loco: ταῖς φυλλάσι. Sunt autem φυλλάδες rami aridi una cum foliis. Quid proprie sit εἰρεσιώνη vide ad Plutum vs. 1055.

vs. 399. Οὐ ξυλλήψ.] Huic versui Ed. Brub. praemittit ΦΙΛ..

vs. 400. Ὦ Σμικυθίων] Pherecrates apud Athenaeum VI. p. 246. Σμικυθίων ἐπισίτια. *Smicythio parasita.* Noster in Ecclesiaz. vs. 46. Τὴν Σμικυθίωνος ὀχ ἑρᾶς Μελισίχην; Ibidem vs. 293. aliter: ὦ Χαριτιμία καὶ Σμίκυθε καὶ Δράκη. In Equitibus vs. 964. διώξεις Σμικίθην. Qui forte diversi sunt. Alloquitur autem membra Chori.

ΣΤΡΟΦΗ ΚΩΛΩΝ ιά.

ΧΟΡ. Εἰπέ μοι, τί μέλλομεν κινεῖν ἐκείνῳ τὴν χολήν;
Ἥντιν', ἥντιν' ἄν τις ἡμῶν ὀργίσῃ τὴν σφηκιάν;
Νῷ ἐκεῖνο, νῷ ἐκεῖνο τὸ ξύθυμον,
405 Ὃ κολαζόμεσθα, κέντρον ὀξύτατ' ὀξύ.
Ἀλλὰ θοιμάτια λαβόντες ὡς τάχιστα, παιδία,
Θεῖτε, ἰὼ βοᾶτε, ἰὼ Κλέωνι ταῦτ' ἀγγέλλετε,
Καὶ κελεύετ' αὐτὸν ἥκειν
Ὡς ἐπ' ἄνδρα μισόπολιν
410 Ὄντα, κἀπολύμενον,
Ὃν τόνδε λόγον εἰσφέρῃ,
Ὡς χρὴ μὴ δικάζειν δίκας.

ΒΔΕΛΥΚΛΕΩΝ, ΧΟΡΟΣ, ΞΑΝΘΙΑΣ, ΦΙΛΟΚΛΕΩΝ.

ΒΔΕΛ. Ὦ γαθοί, τὸ φρᾶγμ' ἀκούσατ'· ἀλλὰ μὴ κεκράγετε.
ΧΟΡ. Νὴ Δί', ἐς τὴν ὀρχήστραν γ'. ὡς τόνδ' ἐγὼ ὑμᾶς μεθήσομαι.
415 ΒΔΕΛ. Ταῦτα δῆτ' ἐστὶ δεινὰ, ἰὼ τυραννίς ὄψιν ἐμφανής;
ΧΟΡ. Ὦ πόλις, ἰὼ Θεώρια θεοσεχθεία,
Κἀεί τις ἄλλος προσίσχει ὑμῶν κόλαξ.
ΞΑΝΘ. Ἡράκλεις, ἰὼ κέντρ' ἔχουσιν· οὐχ ὁρᾷς, ὦ δέσποτα;
ΒΔΕΛ. Οἷς γ' ἀπώλεσαν Φίλιππον οὐ δίκῃ τὴν Γοργίου.
420 ΧΟΡ. Καὶ σέ γ' αὖθις ἐξολοῦμεν· ἀλλ' ἅπας ὑπίσχεφε
Δεῦρο, κἀξείρας τὸ κέντρον, εἶτ' ἐπ' αὐτὸν ἴεσο
Ξυζαλεὶς, θυτακῶς, ὀργῆς ἰὼ μνήμης ἐμπλήμενος,
Ὡς ἂν θὺ εἰδῇ τὸ λοιπὸν, σμῆνος οἷον ὤργισεν.
ΞΑΝΘ. Τοῦτο μήτοι δεινὸν ἤδη νὴ Δί', εἰ μαχούμεθα·
425 Ὡς ἔγωγ' αὐτῶν ὁρῶν δέδοικα τὰς ἐγκεντρίδας.

ΧΟΡ.

vs. 402. Εἰπέ μοι] Verbo singularis numeri alloquitur plures: ut in Acharn. vs. 318. εἰπέ μοι, τί φεύδομεσθα τῶν λίθων.

Ibid. Κινεῖν τὴν χολήν] Sic Latine dicitur *movere bilem*; Horatius: —— *ut mihi saepe*
Bilem, saepe jocum vestri movêre tumultus.
Ex Notis *Florentis.*

vs. 403. Ὀργίσῃ τὴν σφηκιάν] Mox vs. 423. σμῆνος οἷον ὤργισεν.

vs. 407. Κλέωνι ταῦτ' ἀγγέλλετε] In Ranis vs. 571. ἴθι δὴ κάλεσον τὸν προστάτην Κλέωνα.

vs. 414. Νὴ Δί' ἐς ὀρχήστραν γε] Scil. κεκοσξόμεθα. In Ranis vs. 787. νὴ Δί' ὀρχηστὴν γε τοσοῦτον (ἀνεῴα). Euripides in Hippolyto vs. 1203. ὀρθὸν τε κράτ' ἔστησαν, ἐς δ' εἰς ὠρανὸν

STROPHE VERSUUM XI.

CHOR. Dicite mihi, quid ceſſamus commovere illam bilem,
Quam *ſolemus*, cum quis noſtrum crabronum examen irritaverit?
Nunc ille iracundiae noſtrae
Stimulus, quo ſontes caſtigamus, acutus erigitur.
Sed collectis palliis ocyus, ô pueri,
Currite, & clamate, & Cleoni haec nunciate,
Et jubete ipſum venire,
Ut contra hominem, qui hoſtis reip.
Eſt, & peribit;
Quia ſententiam hanc introducit,
Ut non oporteat cauſas judicare.

BDELYCLEON, CHORUS, XANTHIAS, PHILOCLEON.

BDEL. ô Boni, rem ipſam audite: & ne clamate.
CHOR. Imo in coelum usque tollemus clamorem; nam hunc ego non deſeram.
BDEL. Annon ergo gravia haec ſunt & plane tyrannica facinora?
CHOR. ô Cives, & Theore Diis inviſe,
Et ſi quis alius aſſentator nobis praeſidet.
XANTH. ô Hercules! ſpicula etiam habent: nonne vides, ô Here.
BDEL. Sane, quibus Philippum Gorgiae F. judicando perdiderunt.
CHOR. Et te perdemus: ſed quisque ſe convertat
Huc, & exerto ſpiculo, hunc petat,
Conſtipatus, & ordinatus, ira & furore plenus,
Ut deinceps ſciat quale examen irritaverit.
XANTH. Equidem hoc jam grave eſt, ita me Jupiter amet, ſi pugnandum erit.
Nam ego timeo, cum ipſorum aculeos video.

CHOR.

τὸν Ἵππει. *Caputque erectum ſuſtulerunt & aures in coelum equi.*

vſ. 416. Θεῶρε Θεσσιχθρία] Hunc tanquam perjurum perſtringit in Nubibus vſ. 399. Vide ſupra ad vſ. 45.

vſ. 419. Ἐν δίκῃ] Scholia: ἐν τῇ δίκῃ· ἀντὶ τοῦ δικάζοντες.

Ibid. Φίλιππον — τὸν Γοργίου] Hos ambos tanquam Sycophantas & barbaros notat in Avibus vſ. 1700. καὶ τρυγῶσι ταῖς γλώτταισι συκάζουσί τε· Βάρβαροι δ' εἰσὶν γένος, Γοργίαι τε καὶ Φίλιπποι· — κἀπὸ — κείνων τῶν Φιλίππων — ἡ γλῶττα χωρὶς τέμνεται. Ex quibus poſterioribus verbis etiam apparet, cum poenam aliquam ſuſtinuiſſe

ΧΟΡ. Ἀλλ' ἀφίεσ' ἄνδρ'· εἰ δὲ μή, φήμ' ἐγὼ,
Τὰς χελώνας μακαριεῖν σε ᾧ δέρματος.
ΦΙΛ. Εἰά νυν γ', ὦ συκοφάνται, σφῆκες ὀξυκάρδιοι,
Οἱ μὴ εἰς τὸ πρωκτὸν αὐτῶν εἰσπέτεσθ' ὠργισμένοι·
Οἱ δὲ τὼ Φθαλμὼ κύκλῳ κεντεῖθ'· οἱ δὲ τὼς δακτύλους.
ΒΔΕΛ. Ὦ Μίδα, ὦ Φρύξ, βοηθεῖτε δεῦρο, ὦ Μασωπία·
Καὶ λάβεσθε τουτωί, ὦ μὴ μεθεῖσθε μηδενί·
Εἰ δὲ μή, 'ν πέδαις παχείαις ὑδὲν ἀειρήσετε.
Ὡς ἐγὼ πολλῶν ἀκούσας οἶδα θεῖον τὸ ψόφον.
ΧΟΡ. Εἰ δὲ μὴ τοῦτον μεθήσεις, ἐν τί σοι παγήσεται.
ΦΙΛ. Ὦ Κέκροψ ἥρως ἄναξ, τοὺ πρὸς ποδῶν Δρακοντίδη·
Πελιορᾷς ὅπου μ' ὑπ' ἀνδρῶν βαρβάρων χειρώμενον;
Οὓς ἐγὼ 'δίδαξα κλάειν τέτταρ' ἐς τὸν χοίνικα;
ΧΟΡ. Εἶτα δῆτ' ὦ πόλλ' ἔνερθε δεινὰ τῷ γήρᾳ κακὰ
Δηλαδή; ὦ νὴ γὰ τούτῳ τῷ παλαιὸν δεσπότῃ
Πρὸς βίαν χειμῶσιν, ὑδὲν τῷ πάλαι μεμνημένοι
Διφθερῶν, καξωμίδων, ἃς ὅτ' αὐτοῖς ἠμπόλα,
Καὶ κιναῖς· ὦ τὰς πόδας χειμῶν' ὅτ' ὠφέλῃ,
Ὡς τε μὴ ῥιγῶν γ' ἑκάστοτ'. ἀλλὰ τούτοις γ' οὐκ ἔνι
Οὐδ' ὀφθαλμοῖσιν αὐδὼς τῷ παλαιῶν ἐμβάδων.
ΦΙΛ. Οὐκ ἀφήσεις ὑδὲ νυί μ', ὦ κάκιστον θηρίον,
Οὐδ' ἀναμνησθεὶς, ὅθ' ὑρῶν τὰς βότρυς κλέπτοντά σε,
Προσαγαγὼν τὸν ἐλαίαν, ἐξέδειρ' εὖ κἀνδρικῶς,
Ὥστε σε ζηλωτὸν εἶναι, σὺ δ' ἀχάριστος ἦσθ' ἄρα.
Ἀλλ' ἄνες με, ὦ σὺ ὦ σύ, πρὶν τὸν ὀνθρακεῖν.
ΧΟΡ. Ἀλλὰ τοῦτον μὴ τάχ' ἡμῖν δώσετον καλὸν δίκην
Οὐκετ' ἐς μακράν· ἵν' εἰδῆθ', οἷόν ἐστ' ἀνδρῶν τρόπος
Ὀξυθύμων, ὦ δικαίων, ὦ βλεπόντων κἀγδάμα.
ΒΔΕΛ. Παῖε, παῖ, ὦ Ξανθία, τὰς σφῆκας ἀπὸ τῆς οἰκίας.

ΞΑΝΘ.

vs. 427. Τὰς χελώνας μακαριῶν σὲ τὸ δέρματος] Ita verberaberis, ut cupias te habere cutem testudinis; ut ille servus infra vs. 1283. ἰὼ χεῖνται μακάριαι τὸ δέρματος —— ὡς ἰδ' κατηφιάσθη καὶ ψυχικὸς περάμων τὸ χῶτον, ὥστε πλευρὰς σίγειν· ἐγὼ δ' ἀπόλαλα σιζόμενος βακτηρίᾳ.

vs. 428. Ὀξυκάρδιοι] Aeschylus in Septemthebana vs. 913. de Eteocle & Polynice loquens: ἠμείψαντο δ' ὀξυκάρδιοι κτήματα. *Diviserunt autem feroces bona.* Ubi Scholia: ὀξύθυμοι ὄντες. Noster paulo ante: ἐκεῖνο τὸ ὀξύθυμον κέντρον. Et infra vs. 432. οἷός ἐστ' ἀνδρῶν τρόπος ὀξυθύμων.

vs. 430. Οἱ δὲ τὼ Φθαλμὼ κεντοῦτε] In Nubibus vs. 943. τὸ πρόσωπον ἅπαν καὶ τὼ Φθαλμὼ κεντήσουσιν ὥσπερ ὀσπρίοις ἀτενεῖται.

vs. 431. Ὦ Μίδα καὶ Φρύξ] Servos vocat.

Porphyris, cerchneïs, urinatrix, ampelis, ossifraga, picus.
PISTH. Iou, iou, quantum avium!
Iou, iou, quantum merularum!
Ut pipiunt & cursitant perstrepentes.
Numquid nobis minitantur? vae mihi, utique ora pandunt,
Et in me respiciunt & te. EUELP. Id quidem & mihi videtur.

ἥδετ μέλη. συνεισάκει δὲ ὁ μὲν Κωμικὸς, ἐξ ἀνδρῶν ᾠδὴ καὶ γυναικῶν, ὁμοῦ δὲ καὶ ἐκ παίδων κδ'. οἷς καὶ ἄτοπον ἀπαριθμησιν ἐν Ὄρνισιν, ἄρρενας μὲν Ὄρνιθας ιβ'· Θηλείας δὲ τοσαύτας· ὁ δὲ Τραγικὸς ιε'· *Nam Poëtae Veteris Comoediae, & Tragici, Choros introducebant, qui Cherica carmina agebant, & canebant. Constabat autem Comicus quidem Chorus ex viris quandoque, & foeminis, & pueris simul,* XXIV. *ut & Noster enumeravit in Avibus, masculas aves* XII. *totidem foemellas; Tragicus autem constabat ex* XV.

vs. 301. ἘΤ. Κιρύλος γάρ ἐστιν ὄρνις; ΠΕΙ. ἔ γάρ ἐστι Σπόργιλος;] EUELP. *Esne vero Cerylus avis?* PISTH. *Annon vero Sporgilus avis est, quem constat esse Cerylum?* Nempe aliter atque aliter accipiuntur voces κιρύλος & ὄρνις. Vocem ὄρνις proprie accipit Euelpis; metaphorice Pisthetaerus. Vox autem κιρύλος versu antecedente pro ave accipiebatur, nempe pro mascula Alcyone; hic autem accipitur κιρύλος pro κειρύλος i. e. *tonsor*, a κείρω, propter similitudinem soni inter η & ει Ita de hoc loco sentit Scholiastes ad Plutum vs. 589. ubi ad vocem λήρος ibi occurrentem ita scribit: εἰσὶ δὲ οἱ καὶ παίζειν φασὶ τὸν Κωμικὸν πρὸς ὁμοιότητα ἧχε τῆ κατά τε τὸν λῆρον διὰ τῆ η γραφόμενον, καὶ τὸν παρὰ τὸ λείριον. deinde paucis interjectis: τοιοῦτόν τι παίζει καὶ περὶ κειρύλε ἐν Ὄρνισιν. ἐνθα καὶ διὰ τῆ η νοοῦνται η λέξις, ὡς ἐπὶ ὀρνιθος ἔτω λεγομένε· καὶ διὰ διφθόγγε δὲ, διά τινα κυρία, ὡς ἀπὸ τε κείρω· *Sunt qui alludere dicant Comicum, ad similitudinem soni, quae est inter η scripta, & quae est in* λῆρος *per* η *scripta). Similiter ludit in voce* κειρύλος, *in Avibus; ubi vox illa & per* η *intelligitur, tanquam de ave sic dicta; & per diphthongum* (ει), *tanquam a* κείρω *tondeo, propter tonsorem quendam.* Est autem ille tonsor Sporgilus.

vs. 302. Τίς χλαῦν' Ἀθήνας ἦγε;] Haec dicit respectu spectatorum, qui erant Athenis; non respectu eorum, qui sunt in scena, quae erat procul ab Athenis. Notum autem est Proverbium.

ΧΟΡΟΣ, ΕΠΟΨ.

ΧΟΡ. Ποποποποποποποποῖ.
Ποῦ μ' ἄρ' ὃς ἐκάλεσε;
Τίνα τόπον ἄρα νέμει;
ΕΠ. Οὗτοσὶ πάλαι πάρειμι, κοὐκ ἀποστατῶ φίλων.
ΧΟΡ. Τιππαπαπαῖ.
Τίνα λόγον ἄρα πιτὲ
Πρὸς ἐμὲ φίλον ἔχων;
ΕΠ. Κοινόν, ἀσφαλῆ, δίκαιον, ἡδύ, ὠφελήσιμον.
Ἄνδρε γὰρ λεπτῷ λογιστὰ δεῦρ' ἀφίκοθ' ὡς ἐμέ.
ΧΟΡ. Ποῦ, πᾶ; πῶς φῄς;
ΕΠ. Φήμ' ἀπ' ἀνθρώπων ἀφῖχθαι δεῦρο πρεσβύτα δύο,
Ἡγετὸν δ' ἔχοντε πρέμνον πράγματος πελωρίου.
ΧΟΡ. Ὦ μέγιστον ἐξαμαρτών, ἐξότου τραφῆν ἐγώ·
Πῶς λέγεις; ΕΠ. Μήπω φοβηθῇς τὸ λόγον. ΧΟΡ. Τι μ' εἰργάσω;
ΕΠ. Ἄνδρ' ἐδεξάμην ἐραστὰ τῆσδε τῆς σωτηρίας.
ΧΟΡ. Καὶ δέδρακας τοῦτο τοῦργον; ΕΠ. Καὶ δεδρακώς γ' ἥδομαι.
ΧΟΡ. Καὶ τίν' ἤδη που; ΕΠ. Παρ' ἡμῖν, εἰ παρ' ὑμῖν εἰμ' ἐγώ.
ΧΟΡ. Ἔα, ἔα· προδεδόμεθ', ἀνόσιά τ' ἐπάθομεν.
Ὃς γ' φίλος ἦν, ὁμόπτοφά θ' ἡμῖν
Ἐνέμετο πεδία παρ' ἡμῖν,
Παρέβη μὲν θεσμὺς ἀρχαίους,
Παρέβη δ' ὄρνις ὀρνίθων·
Ἐς δὲ δόλον ἐκάλεσεν, παρέβαλέν τ' ἐμὲ τοῦδ'
Γένος ἀνόσιον· ὅθεν, ἐξότ' ἐγενετό γ', ἐπ' ἐμοὶ
Πολέμιόν γ' ἐτεκφη.

Πρὸς μὲν θεῶν τ' ὄρνιν ἡμῖν ἐστιν ὕστερος λόγος.
Τὼ δὲ πρεσβύτα δοκεῖ μοι πόθεν θεῶν τ' δίκην,
Διαφορηθῆναί θ' ὑφ' ἡμῶν. ΠΕΙΣΘ. Ὡς ἀπολώμεθ' ἄρα.
ΕΥΕΛΠ. Αἴπολον μὲν τοι σὺ νῷν εἶ τ' κακῶν τούτων μόνος.

Ἐπὶ

519. Ἁπλῶ λογισᾷ] Ita Edd. priſtinae; non λεπτολογισᾷ, ut nupera, quod & metro nocet.

vſ. 322. Πρέμνον] Metaphorice, pro magnitudine, ut Radix pro principio. *Veniunt habentes molem rei ingentis.* vi. 339.

CHORUS, EPOPS.

CHOR. Popopopopopopopopoi.
Ubinam est, qui me vocavit?
Quo tandem in loco degit?
EP. Hic jamdudum adsum, neque amicos desero.
CHOR. Tititititimptrou.
Quam itaque tandem orationem
Amicam mecum (communicandam) habens?
EP. Popularem, tutam, justam, jucundam, utilem.
Duo enim viri subtilis ingenii huc advenerunt ad me.
CHOR. Ubi? quo? quid inquis?
EP. Ab hominibus ajo advenisse huc duos senes;
Secum autem habentes veniunt stipitem rei prodigialis.
CHOR. O tu, qui maximum commisisti peccatum, ex quo equidem natus sum & eductus!
Qui dicis? EP. Ne meum adhuc pertimescas sermonem. CH. Quid mihi fecisti?
EP. Viros admisi amantes hujus consortii.
CHOR. Tune illud fecisti facinus? EP. Eoque etiam facto gaudeo.
CHOR. Et jam nunc ubi sunt? EP. Apud nos, siquidem apud vos ego sim.
CHOR. Hei, hei, proditi sumus & infanda perpessi!
Qui enim amicus erat, & in iisdem pariter nobiscum
Pastum ibat campis apud nos,
Transgressus est instituta vetera,
Violavitque sacramenta avium,
Inque dolum me devocavit, & insidiis exposuit
Generis impii, quod, ex quo fuit natum, ad gerendas mecum
Inimicitas increvit.

De hoc autem postmodum alite videbimus.
Hos vero senes aequum mihi videtur nunc dare poenas,
Et dilacerari a nobis. PISTH. Utique peribimus igitur.
EUELP. Causa tu quidem nobis es istorum malorum sola:

Quam

vs. 339. Νᾶ.ν] Una syllaba: mallem νᾶν. minime ναῖν.

Ἐπὶ τί γάρ μ' ὀπίσθεν ἦγες; ΠΕΙΣΘ. ἵν' ἀκολουθοίης ἐμοί.
ΕΥΕΛΠ. Ἵνα μὴ ἓν κλάοιμι μεγάλα. ΠΕΙΣΘ. Τοῦτο μὴ λῃρεῖς ἔχων
Κάρζα. ΕΥΕΛΠ. Πῶς; ΠΕΙΣΘ. Κλαυσεῖ γ', ἰὼ ἄπαξ γε τὼ
φθαλμὼ 'κκοπῇς.
ΧΟΡ. Ἰὼ, ἰώ. ἔπαγ', ἔπιθ', ὀπίφερε πολέμιον
Ὁρμὰν φονίαν, πέρυγά τε πάσα γε
Ἐπίβαλε, θοί τε κύκλωσαι·
Ὡς δεῖ πώ' οἰμάζειν ἄμφω,
Καὶ δεῖκμ ῥύγχει φοβάν.
Οὔτε γ' ὄρος σκιερὸν, ὅτε νέφος αἰθέριον,
Οὔτε πολιὸν πέλαγος ἐστὶν, ὅ, τι δίζεται
Τώδ' ἀποφυγόντε με.
Ἀλλὰ μὴ μέλλωμεν ἤδη τώδε πλέειν ἢ δάκνειν.
Πῇ 'θ' ὁ ταξίαρχος; ἐπαγέτω τὸ δεξιὸν κέρας.
ΕΥΕΛΠ. Τοῦτ' ἐκεῖνο. ποῖ φύγω δύσμορος; ΠΕΙΣΘ. Οὗτος, ἀ μενεῖς;
ΕΥΕΛΠ. Ἵν' ὑπὸ τούτων ἀφορηθῶ; ΠΕΙΣΘ. Πῶς γ' ἂν τύχοις δοκῶν
Ἐκφυγεῖν; ΕΥΕΛΠ. Οὐκ οἶδ' ὅπως ἄν. ΠΕΙΣΘ. Ἀλλ' ἐγὼ τί σοι λέγω,
Οὐ μένοντε δεῖ μάχεσθ, λαμβάνειν τε τῶ χυτρῶν.
ΕΥΕΛΠ. Τί δὲ χύτρα νώ γ' ὠφελήσει; ΠΕΙΣΘ. Γλαῦξ μὴ ἀ πορεύσεισι ναῦν.
Τοῖς δὲ γαμψώνυξι τοῖσδε τὸ ὀβελίσκον ἁρπάσας,
Εἶτα κατάπηξον πρὸς αὐτόν. ΕΥΕΛΠ. Τοῖσι δ' ὀφθαλμοῖσι π';
ΠΕΙΣΘ. Ὀξύβαφον ἐντεῦθεν πρόσθε λαβών, ἢ τρύβλιον.
ΕΥΕΛΠ. Ὦ σοφώτατε, εὖ γ' ἀνεῦρες αὐτὸ, ἢ πρατηγικῶς·
Ὑπερφρονεῖς σύ γ' ἤδη Νικίαν ταῖς μηχαναῖς.

vs. 341. Τοῦτο μὴν λῃρεῖς ἔχων] In Ranis vs. 509. λῃρεῖς ἔχων. Ibid. vs. 202. & 521. ἢ μὴ φλυαρήσεις ἔχων.

vs. 343. Ἢ ἅπαξ γε τὸ φθαλμὼ 'κκοπῇς] Infra vs. 1611. ὁ κόραξ παρελθὼν τὸ τερατευόμενον λάθρα προσπλάμενον ἐκκόψει τὸν ὀφθαλμὸν Θεῶν.

vs. 347. Δεῖκμ ῥύγχει φοβάν] Infra, vs. 479. χρὴ ῥύγχος βάσκειν σε τολμηρόν.

vs. 348. Οὔτε γὰρ ὄρος σκιερὸν, ὅτε νέφος αἰθέριον, ἔτε πολιὸν πέλαγος] Ita solet dici de illis qui infortunium effugere non possunt; hoc sibi voluerunt dona Scytharum ad Darium, apud Herodotum in Melpomene: mittebant autem ei Avem, Murem, Ranam, & sagittas quasdam: horum donorum rationem alii aliter exponebant, Gobryas autem sic: ἢν μὴ ὄρνιθες γενόμενοι ἀναπτῆσθε εἰς τὸν οὐρανὸν, ὦ Πέρσαι, ἢ μῦες γενόμενοι, κοῖλα τῆς γῆς καταδύντε, ἢ βάτραχοι γενόμενοι, ἐς τὰς λίμνας ἐκπηδήσητε, οὐκ ἀπονοστήσετε ὀπίσω, ὑπὸ τῶνδε τῶν τοξευμάτων βαλλόμενοι· Nisi aves facti, o Persae, subvolaveritis in coelum; aut mures facti subibitis terram: aut ranae facti in Paludes insilietis; non revertemini: ita his jaculis petemini. Euripides in Medea vs. 1291. δεῖ γάρ νιν ἢ πτέρ' εἰς ἀερόβατον κάτω, Ἢ πλευρὰν ἆραι σῶμ' ἐς αἰθέρ' ὠκύπουν, Εἰ μὴ τυράννων δώμασι δόσιν δίκην· Oportet enim ipsum aut abscondi sub terra, Aut tollere volatile corpus in aëris profunditatem, Nisi regum domui det poenas. Idem in Oreste vs. 1375. πᾶ φύγω, ξίναι, πολιὸν αἰθέρ' ἀμπλάκιον ἢ πόντου; Quo fugiam, o hospitae? in aetheremne candidum evolans, an in Pontum?

vs. 354. Τὸ δεξιὸν κέρας] Ut in praeliis; sic in Equit. vs. 243. ἐκ ἱλάτε πρὸς τὸ δεξιὸν κέρας;

vs. 353. Τοῦτ' ἐκεῖνο.] In Acharn. vs. 41. ἆρ' ἐγόρευον; τοῦτ' ἐκεῖν' οὐγὼ 'λεγον. Ibid. 820. τοῦτ' ἐκεῖν' ἐκεῖ πάλιν, ὃθὶν πρῳ ἀρχὴ τῶν κακῶν ἁμῖν ἦν. In Ranis vs. 1381. τοῦτ' ἐκεῖν'. Ἰὼ ξύνεσις.

Ibid. Οὗτος, ἀ μενεῖς;] In Equitibus vs. 240. οὗτος, τί φεύγεις; ἀ μενεῖς, ὦ γεννάδα;

vs. 356.

ΧΟΡ.

Quam enim ob rem me inde abduxisti? PISTH. Ut me sequereris.
EUELP. Ut equidem potius maximopere plorem. PISTH. Ea sane in re deliras
Valde. EUELP. Quî? PISTH. Plorabis scilicet, si semel oculi tibi fuerint excisi.
CHOR. Io, io, irrue, fac hostilem
Impetum & letalem, alasque simul
Ingere, & circumcinge:
Nam utrosque enim istos plorare oportet,
Rostroque praebere meo escam.
Nullus etenim mons umbrosus, neque nubes aetherea,
Neque canum est mare, quod accipiat (& tutetur)
Istos me effugientes.
Sed ne nunc moremur hosce vellicare & mordere.
Ubinam est ordinum ductor? inducat dextrum cornu.
EUELP. Hoc ipsum illud est: quo fugiam infelix? PISTH. At tu, non permanebis?
EUELP. Ut ab istis scilicet differar? PISTH. Atenim quomodo illos te cogitas
Effugere posse? EUELP. Nescio quo pacto. PISTH. Sed ego tibi quid dicam;
Nobis nimirum pugnandum esse manentibus, & has (armorum loco) capiendas esse ollas.
EUELP. Quid autem olla nobis proderit? PISTH. Tum quidem noctua nos non invadet.
De avibus autem istis, quae ungues habent aduncos, veruculum ocius arripe,
Atque ita defige adversum. EUELP. Oculis autem quidnam?
PISTH. Illis acetabulum inde sumtum adpone, aut catinum.
EUELP. ô Sapientissime, bene sane illud adinvenisti, & imperatorie:
Tu vero jam Niciam exsuperas machinationibus callidis.

vs. 356. *Ὅτι μέλλοντε δεῖ μάχεσθαι*] *Nempe nobis mo*tantibus *pugnandum esse.*

Ibid. *Ἀσκεῦόν τε τῶν χυτρῶν*] Instrumenta, quibus in sacrificio usuri erant, pro armis ad defendendos se ipsos adhibent. Vide supra ad vs. 42. Videtur autem mihi respicere ad ludum illum, qui dicitur *χυτρίνδα*. Quia Chorus paulo ante dicebat, se velle istos duos *τίλλειν* *vellicare*, & mox vs. 364. dicit: *ἕλκε, τίλλε, παῖε, δεῖρε, κόπτε, πρώτην τὴν χύτραν.* quod etiam in illo ludo fieri solebat. Julius Pollux IX. 113. *ὁ δὲ χυτρίνδα· ὁ μὲν ἐν μέσῳ κάθηται, καὶ καλεῖται χύτρα· εἰ δὲ τίλλουσιν, ἢ περιπίζουσι, ἢ καὶ παίουσιν αὐτὸν περιθέοντες* &c. mox: *ἐσθ' ὅτε ὁ μὲν ἔχεται τῆς χύτρας καὶ τὴν κεφαλὴν τῷ χυτρὶ τῷ λαιῷ περιβέβληται ἐκ κύκλῳ* &c. *In Chytrinda autem unus in medio sedet, & vocatur χύτρα, i. e. olla; ceteri autem vellicant, & undique fodicant eum, aut etiam verberant, circumcursantes* &c. *Aliquando ille tenet superiorem partem ollae, circa illam cunctans* &c.

vs. 357. *Πλαιᾷ μὲν ἐ πρέσουσι*] Scholia: *ἐ διὰ τὴν χύτραν ἢ πρόσεισιν, ὡς Εὐτρόνιος· τοῦτο γὰρ κοινῶς πάντα τὰ ὄρνεα φοβεῖ· ἀλλὰ διὰ τὸ Ἀττικὸν εἶναι τὸ ζῶον. Ἀττικοὶ δὲ καὶ αὐτοί· Non propter ollam non accedet, ut Euphronius sentit; hoc enim, nempe olla sic ostensa, terret omnes aves; sed quia noctua est Attica avis, ut & ipsi sunt.*

vs. 358. *Τὸν ἐξελίσσων*] Ut sit loco hastae: infra vs. 383.

vs. 362. *Τπερακοντίζεις*] In Pluto vs. 666. *κλέπτων δὲ τὰς βλέπουσας ὑπερηκόντισεν.*

Ibid. *Νικίαν μηχαναῖς*] Nicias inter illustrissimos belli duces fuit. Hunc in machinis bellicis excelluisse apparet. Thucydides, qui eum magni facit, testatur eum in expeditione adversus Minoa insulam, duas quasdam turres ope machinarum cepisse, Lib. III. *ἐν δὲ τῷ αὐτῷ θέρει, μετὰ Λέσβου ἅλωσιν, Ἀθηναῖοι, Νικίου τοῦ Νικηράτου στρατηγοῦντος, ἐστράτευσαν ἐπὶ Μίνῳαν τὴν νῆσον, ἣ κεῖται πρὸ Μεγάρων.* deinde mox: *ἑλὼν ἐν, ἀπὸ τῆς Νισαίας πρῶτον δύο πύργω προῖχοντε, μηχαναῖς ἐκ θαλάσσης* &c.

CHOR.

ΧΟΡ. Ἐλελελεῦ, χάῤῥ· κάθες τὸ ῥύγχος· ὡ μέλλειν ἐχρῆν.
Ἕλκε, τίλλε, παῖε, δεῖρε, κόπτε πρώτην τ' χύτραν.
ΕΠ. Εἰπέ μοι, τί μέλλετ', ὦ πάντων κάκιστα θηλέων,
Ἀπολέσαι, παθόντες ὐδέν, ἄνδρε, τὼ Ζαγοπάσαι,
Τῆς ἐμῆς γυναικὸς ὄντε ξυγγενέε τὼ Φυλέως;
ΧΟΡ. Φεισόμεσθα γάρ π τῶνδε μᾶλλον ἡμεῖς, ἢ λύκων;
Ἢ τίνας ποσὶ μεθ' ἄλλους τοῦτ' ἂν ἐχθίους ἔλοι;
ΕΠ. Εἰ δὲ τ' φύσιν μὲν ἐχθροί, τ δὲ νῦν εἰσὶν φίλοι,
Καὶ διδάξοντές π δεῦρ' ἥκουσιν ὑμᾶς χρήσιμον.
ΧΟΡ. Πῶς δ' ἂν οἵγ' ἡμᾶς π χρήσιμον διδάξειάν ποτε,
Ἢ φράσειαν, ὄντες ἐχθροὶ τοῖσι πάπποις τοῖς ἐμοῖς;
ΕΠ. Ἀλλ' ἀπ' ἐχθρῶν δῆτα πολλὰ μανθάνουσιν οἱ σοφοί·
Ἡ γὰ βύλαβεια σώζ πάντα· τοῦδε μὲν ἂν φίλος
Οὐ μάθοις ἂν τοῦτ', ὁ δ' ἐχθρὸς αὐτὸς ἐξηνάγκασεν.
Αὐτίχ' αἱ πόλεις παρ' ἀνδρῶν γ' ἔμαθον ἐχθρῶν, κὐ φίλων,
Ἐκπονεῖν θ' ὑψηλὰ τείχη, ναῦς τε κεκλῆσθ μακράς.
Τὸ δὲ μάθημα τοῦτο σώζ παῖδας, οἶκον, χρήματα.
ΧΟΡ. Ἔτι μὲν λόγων ἀκοῦσαι πρῶτον, ὡς ἡμῖν δοκεῖ,
Χρήσιμον· μάθοι γὰ ἄν τις κἀπὸ τ ἐχθρῶν σοφόν.
ΠΕΙΣΘ. Οἵδε τ ὀργῆς χαλᾶν εἴξασιν. ἄναγ' ὀπὶ σκέλος.
ΕΠ. Καὶ δίκαιόν γ' ἐπ· καμοὶ δεῖ νέμειν ὑμᾶς χάριν.
ΧΟΡ. Ἀλλὰ μὴν ὐδ' ἄλλο σοί πω πρᾶγμ' ἠναπτώμεθα.
ΠΕΙΣΘ. Μᾶλλον εἰρήνιον ἄγουσιν
Ἡμῖν· ὥτε τὼ τε χύτραν
Τᾷ τε τρυβλίῳ καθίᾳ,
Καὶ τὸ δόρυ χρὴ τ' ὀβελίσκον
Πεμπατεῖν ἔχοντας ἡμᾶς
Τῶν ὅπλων οὑτοὶ, τὼδὲ τ' χύ-
τραν ἄκραν αὐτῶν ὁρῶντας

Ἐγγύς·

vſ. 365. Εἰπέ μοι, τί μέλλετ'] In Veſpis vſ. 402. εἰπέ μοι, τί μέλλομεν κινεῖν ἐκεῖνον τὸν χολήν.

vſ. 367. Καὶ φυλέτα] Scholia: ξυμπατριώτας· ὅτι καὶ ἡ Πρόκνη Ἀτθὶς ἦν Πανδίονος θυγάτηρ· *Communem cum ea patriam habentes. Quia & Procne Attica erat, Pandionis filia.*

vſ. 382. Τῆς ὀργῆς χαλᾷν] In Veſpis vſ. 735. τὴν ὀργὴν χαλάσαι· *utrumque recte.*

Ibid. Ἄναγ' ἐπὶ σκέλος] Heſychius: ἐπὶ σκέλος, εἰς τὰ ὀπίσω· *id eſt, retro.* Euripides in Phoenitiſſis vſ. 1409. ὡς δ' ἄπαγον ἵππων δορᾷ, ἐπὶ σκέλος πάλιν χωρεῖ· *Ad id cum eſſet redactus ut haſta uti non poſſet, retro ibat ceſſim.* Chion Epiſt. 3. ἀπάγετ' ἂν ἐπὶ πόδα, ἔφη, καὶ ἡσυχάσατε· *Recedite itaque nonnihil & conſultate.* Xenophon p. 279. lin. 40. Edit. Steph ἀνεχώρησαν ἐπὶ πόδα.

vſ. 387. Τῷ γὰ τρυβλίῳ] Scholia: ἐξωθεν τὴν σύν· *Aliunde aſſumitur praepoſitio σύν.*

vſ. 390. Τῶν ὅπλων ὄντες] Syneſius Epiſt. 103. δρόμῳ πρὸς ἡμᾶς ἴθιον, ὡς μηδενὶ μαντίσασθαι δεῖν, ὅτι πολεμίως προφέρονται, καὶ σπεύδουσιν ἴσως ὅπλων γενέσθαι· *Currendo ad nos (armatos) properabant, ut quilibet ſine vate poſſet cognos-*

CHOR. Eleleu, procede, demitte roſtrum, morari non decet.
Trahe, velle, percute, excoria, primamque ollam confringe.
EP. Dicite mihi, quam tandem ob cauſam, omnium peſſima animalium,
Perdetis, nullam paſſi injuriam, hos viros, & diſtrahetis?
Qui meae conjugis affines ſunt & tribules.
CHOR. Quid enim his magis parcemus, quam lupis?
Aut quos alios puniemus, qui nobis adhuc inimiciores ſint?
EP. Etſi inimici ſint natura, animo certe amici:
Atque huc etiam veniunt, ut utile quid vos edoceant.
CHOR. Quo tandem hi modo utile quid nos edocere queant
Aut oſtendere, qui avis jam meis extiterint hoſtes?
EP. Sed ab inimicis ſane multa diſcunt ſapientes:
Cautio enim omnia conſervat: ab amico autem
Illam non diſcas: at hoſtis (cautos nos eſſe) coëgit.
Primum enim civitates ab hominibus didicerunt hoſtibus, non amicis,
Exſtruere alta moenia, & naves habere longas:
Illud autem repertum ſervat liberos, familiam, rem.
CHOR. Atqui, uti nobis videtur, primum ſermones audire
Utile eſt: diſcat enim quis & ab inimicis ſapiens quiddam.
PISTH. Hi vero iram remittere videntur: retro parumper cede.
EP. Illud vero juſtum eſt, mihique hanc vos gratiam facere decet.
CHOR. Et ſane in nulla alia unquam tibi re contrarii fuimus.
PISTH. Magis pacem agunt
Nobiſcum: quapropter ollam
Cum catino humi depone.
At haſtam oportet, hoc ſcilicet veru,
Nos deambulare tenentes
Intra clypeos, ad ollam
Extremam, illam reſpicientes

E

cognoſcere, eos hoſtem timere, & feſtinabant, ut intra arma eſſent. Thucydides Lib. I. καὶ τῆς γῆς ἐμάτευν ὅσα μὴ πρόσιντες πολὺ τῶν ὅπλων· οἱ γὰρ ἱππῆς τῶν Θεσσαλῶν εἶργον· *Et territorium tenebant, eatenus, ut non longe ab armis progrederentur; nam Theſſalorum Equites arcebant.* Idem initio Libri III. καὶ προσέλαι, ὥσπερ εἰώθεσαν, ἐγίγνοντο τῶν Ἀθηναίων ἱππέων, ὅποι παρείκοι· καὶ τὸν πλεῖστον ὅμιλον τῶν ψιλῶν εἶργον, τὸ μὴ προεξιόντας τῶν ὅπλων, σὰ ἐγγὺς τῆς πόλεως κακοργεῖν· *Et excurſiones, ut ſolebant, factae ſunt Equitum Athenienſium, ubi eſſet opportunum: atque iſti pleramque turbam velitum arcebant, ne progreſſi extra arma, loca propinqua urbis vaſtarent.* ubi Scholia vocem ὅπλων exponunt per ὁπλιτῶν· ut ἐντὸς τῶν ὅπλων etiam ſit *intra armatos, intra caſtra.* Sic poteſt illa vox etiam apud Comicum accipi; loquitur enim quaſi de caſtris. Verſio tamen hujus loci ad mentem Scholiaſtae eſt compoſita.

Ibid. Παρὰ τὴν χύτραν ἄκραν] Etſi non praelientur, tamen ad ollam, quae pro clypeo eſt, limis reſpiciendum eſſe dicit; quia hoſtibus non eſt fidendum.

Ἐγχύς· ὡς ὦ φθυκλέον νᾶϊν.
ΕΥΕΛΠ. Ἐτεόν; ἦν δ' ἄρ' ἀποθάνωμεν,
Κατορυχθησόμεθα πᾶ γῆς;
ΠΕΙΣΘ. Ὁ Κεραμεικὸς δέξει νώ.
Δημοσίᾳ γὰρ ἵνα ταφῶμεν,
Φήσομεν πρὸς τὰς στρατηγὰς,
Μαχούμεθα τοῖσι πολεμίοις
Ἀποθανεῖν ὑπ' Ὀρνεαῖς.
ΧΟΡ. Ἄναγ' ἐς τάξιν πάλιν ἐς ταυτὸν,
Καὶ τὸ θυμὸν κατάθου κύψας
Παρὰ τὴν ὀργίλιν, ὥσπερ ὁπλίτης·
Κἀναπυθώμεθα τύσδε, τίνες ποτὲ,
Καὶ πόθεν ἥμολον,
Ἐπὶ τίνα τ' ὄπτοισαν.
Ἰὼ ἔποψ, σέ τοι καλῶ.
ΕΠ. Καλεῖς δὲ δὴ κλύειν θέλων;
ΧΟΡ. Τίνες πόδ' οἵδε, κὠ πόθεν;
ΕΠ. Ξείνω σοφῆς ἀφ' Ἑλλάδος.
ΧΟΡ. Τύχη δὲ ποία κομίζει
Πότ' αὐτὼ πρὸς ὄρνις ἐλθεῖν;
ΕΠ. Ἔρως βίᾳ, διάτης τε,
Καὶ σῦ, ξυνοικεῖν τέ σοι,
Καὶ ξυνεῖναι τὸ πᾶν. ΧΟΡ. Τί φής;
Λέγεσι δὲ δὴ τίνας λόγους;
ΕΠ. Ἄπιστα κὠ πέρα κλύειν.
ΧΟΡ. Ὁρᾷ τί κέρδος ἐνθάδ' ἄξιον μανῆς;
Ὅτῳ πέποιθέ μοι ξυνών
Κρατεῖν ἂν ἢ τ' ἐχθρὸν, ἢ
Φίλοισιν ὠφελεῖν ἔχειν;
ΕΠ. Λέγει μέγαν τιν' ὄλβον, εἴ-
τε λεκλὸν, εἴτε πιῷόν· ὡς
Σὰ ταῦτα γὰρ δὴ πάντα, κὠ
Τὸ τῇδε, κὠ τὸ κεῖσε, κὠ
Τὸ δεῦρο, πρόσβιβᾷ λέγων.
ΧΟΡ. Πότερα μαινόμην;

ΕΠ.

vs. 393. Ἐτεόν;] Nunquam extra interrogationem eſt apud Comicum, & vix poteſt commodius verti quam hoc modo: *ſed certe*, aut *dic verum*.

Ibid. Ἦν δ' ἄρ' ἀποθάνωμεν, κατο —] Euripides in Iphig. Taurica vs. 625. τάφος δὲ ποῖος δέξεταί μ' ὅταν θάνω; *Quodnam vero ſepulcrum accipiet me, ſi moriar?*

vs. 395. Ὁ Κεραμεικὸς] Quia ipſi ollis & catinis *fictilibus*, quae Graece κεράμεια dicuntur, utebantur, loco clypeorum; dicere vult: ſi iſta κεράμεια ab hoſtibus frangantur.

E propinquo: nequaquam enim nobis fugiendum eſt.
EUELP. Vere? ſi tamen occubuerimus,
Ubi terrarum ſepelicmur?
PISTH. Ceramicus nos excipiet.
Ut enim publice condamur,
Imperatoribus dicemus,
Nos cum hoſtibus depugnantes
Cecidiſſe ad urbem Orneas.
CHOR. Recipe te iterum in ordines, eodem (unde abieras,)
Animumque depone pronus
Juxta iram, tanquam gravis armaturae miles:
Eosque interrogemus, quinam ſint,
Et unde venerint,
Cujusque conſilii cauſa.
Io Epops, te voco.
EP. Cujus autem rei audiendae cupidus me vocas?
CHOR. Quinam hi ſunt, & unde?
EP. Hoſpites e ſapiente Graecia.
CHOR. Quaenam eos tandem fortuna induxit,
Ad aves uti venirent.
EP. Cupido vitae veſtrae, atque conſuetudinis,
Tuique, tecumque habitandi,
Et usque una degendi. CHOR. Quid ais?
Quidnam enimvero dicunt?
EP. Incredibilia & hactenus inaudita.
CHOR. Videtne aliquod operae pretium, ſi nobiſcum maneat,
Quo fretus una mecum
Aut hoſtem ſuperare poſſit,
Aut amicis prodeſſe?
EP. Magnam aliquam narrat felicitatem,
Eamque inenarrabilem & incredibilem; haec
Omnia ſcilicet eſſe tua;
Quaeque hic atque illic ſunt,
Et ex adverſo, (veſtra etiam eſſe) adjungit.
CHOR. Num mente captus?

EP.

gantur & cumulentur, futurum ex illis Κεραμεικὸν, in quo ſepeliri poſſint, ut Athenis in Ceramico ſepeliuntur. & quidem publice, qui in bello ceciderunt.
vſ. 399. Ἐν Ὀρνεαῖς] Ludit hic etiam in vocibus ὄρνια, *aves*, & Ὀρνεαί, quod eſt nomen proprium urbis in Peloponneſo.
vſ. 406. Ἰὼ Ἔποψ, σέ τοι καλῶ] In Pluto vſ. 1100. σέ τοι, σέ τοι λέγω, Κυρίων, ἀναμένειν.

ΕΠ. Ἄφατον ὡς φρόνιμος.
ΧΟΡ. Ἐπὶ σοφόν τι φρενί;
ΕΠ. Πυκνότατον κίναδος,
Σόφισμα, κύρμα, τείμμα, παιπάλημ' ὅλον.
ΧΟΡ. Λέγειν κέλθέ μοι, λέγειν·
Κλύων γὰρ ὧν σύ μοι λέγεις
Λόγων ἀνεπιέρωμαι.
ΕΠ. Ἄγε δὴ σὺ κἀγὼ σὺ τὴν πανοπλίαν πάλιν
Ταύτην λαβόντε, κρεμάσαντον τύχῃ γαθῇ
Εἰς τὴν ἰτέαν εἴσω, πλησίον γε πιστάτου.
Σὺ δὲ τοῦδ' ἐφ' οἷσπερ τοῖς λόγοις ξυνέλεξ' ἐγὼ,
Φράσον, δίδαξον. ΠΕΙΣΘ. Μὰ τὸν Ἀπόλλω γὼ μὲν οὐκ
Ἦν μὴ ξυφθωνταί γ' οἵδε ξυθήκην ἐμοί,
Ἤνπερ ὁ πίθηκος τῇ γυναικὶ διέθετο,
Ὁ μαχαιροποιὸς, μήτε δάκνειν τούτους ἐμὲ,
Μήτ' ὀρχίπεδ' ἕλκειν, μήτ' ὀρύττειν. ΧΟΡ. Οὔκουν που
Τὸν, ἰδαμῶς. ΠΕΙΣΘ. Οὐκ, ἀλλὰ τὼ φθαλμὼ λέγω.
ΧΟΡ. Διατίθεμ' ἔγωγε. ΠΕΙΣΘ. Κατόμοσον νῦν ταῦτά μοι.
ΧΟΡ. Ὄμνυμ' ἐπὶ τούτοις πᾶσι νικᾶν τοῖς κειταῖς,
Καὶ τοῖς θεαταῖς πᾶσιν. ΠΕΙΣΘ. Ἔσται ταυταγί.
ΧΟΡ. Εἰ δὲ ψεύσαίμην, ἑνὶ κειτῇ νικᾶν μόνον.
ΚΗΡ. Ἀκούετε λεώ· τοὺς ὁπλίτας νῦν μενὶ
Ἀνελομένους θ' ὅπλ' ἀπέναι πάλιν οἴκαδε,
Σκοπεῖν δ' ὅ, τι ἂν προσγράφωμεν οἱ τοῖς πινακίοις.
ΧΟΡ. Δολερὸν μὲν ἀεὶ κἀπάταν δὴ τρόπον
Πέφυκεν ἄνθρωπος· σὺ δ' ὅμως λέγε μοι.
Τάχα γὰρ τύχοις ἂν
Χρηστὸν ἐξειπών, ὅ, τι μοι παρορᾷς, ἢ
Δύναμίν τινα μείζω
Παραλειπομένην ὑπ' ἐμῆς φρενὸς
Ἀξιοῖτε· σὺ δὲ τοῦθ' ὁρᾷς. λέγ' εἰς κοινόν.

Ὁ

vſ. 427. Ἄφατον ὡς φρόνιμος] In Lyſiſtrata vſ. 1150. ἀλλ' ὁ πρωκτὸς ἄφατος· ὡς καλός.

vſ. 428. Ἐπὶ σοφόν τι φρενί;] Ita Edd. priſtinae; nupera ἐπὶ σοφόν τι καὶ φρενί;

vſ. 429. Κίναδος] Vide ad Nubes vſ. 447.

vſ. 430. Τείμμα] In Nubibus vſ. 259. λέγειν γενέσει τρίμμα, κροτάλων, παιπάλη.

Ibid. Παιπάλημα] Aeſchrion apud Athenaeum VIII. p. 335. Πολυκράτης δὲ τὴν γενὴν Ἀθηναῖος λόγων τι παιπάλημα, καὶ κακὴ γλῶσσα· *Polycrates autem Athenienſis genere, nimium tritus in dicendo, mala lingua.*

vſ. 433. Ἀνελόμεναι] Infra vſ. 1438. πάντες τοὺς λόγους ἀνελίξεται.

vſ. 435. Κρεμάσαντον] In Acharnenſibus vſ. 278. ἢ ἐν ἀσπίδι ἢ φιάλῃ κρεμήσεται.

„ vſ. 436. Πλησίον τῆς πιστάτου] Variae hic ſunt vo-„ cis ἐπιστάτης interpretationes; ut apud Scholiaſtem „ videre eſt. Mihi autem prae ceteris placet illorum „ opinio, qui cenſent per ἐπιστάτην hic intelligi ſimu-„ lacrum luteum Vulcani, qui prope focum collocari „ ſolebat; idque ſic dictum fuiſſe, quod Vulcanus es-„ ſet ἐπιστάτης, id eſt, Praeſes & inſpector ignis, ſive „ foci. Vide Suidam v. Ἐπιστάτης, ubi loci hujus me-„ minit, & Illuſtriſſimum Spanhemium ad Callimachum „ p. 172. *Kuſterus.*"

vſ. 440. & ſeq. Ὁ πίθηκος —ὁ μαχαιροποιὸς] Ex Scho-

EP. Difficile dictu, quam sit prudens.
CHOR. An inest in ejus mente aliquid sapientiae?
EP. Est callidissima vulpes,
Ipsa astutia, prompti consilii, subactus, versutus totus.
CHOR. Dicere ipsum ad me jube, dicere:
Auditis enim, quos mihi narras,
Sermonibus, extollor.
EP. Agite vero vos ambo omnem illam iterum armaturam
Receptam suspendite bonis avibus
In camino intus, prope epistatem.
Tu vero ad illos ea, quorum ego causa hos convocavi,
Edissere atque expone. PISTH. Nequaquam equidem, ita me juvet Apollo;
Nisi illae mecum tale paciscantur pactum,
Quale simius cum sua pepigit uxore,
Ensium ille faber; ut neque illae me commordeant,
Neque testiculis trahant, neque confodiant. CHOR. Neutiquam istum tibi
(Culum:) non sane. PISTH. Minime hoc, sed oculos dico.
CH. Promitto vero. PISTH. Jam nunc autem ea mihi jurejurando confirma.
CHOR. Ita istis omnibus vincam judicibus,
Et his cunctis spectatoribus. PISTH. Illa vero eveniant.
CHOR. Sin autem fefellero, ut uno tantum judice vincam.
PR. Audite populi: Gravis armaturae nunc quidem milites
Sumtis secum armis revertantur iterum domum:
Nos autem consideremus, quae sint nobis praescribenda in tabulis militaribus.
CHOR. Subdolum semper, & vafrum vero omnimodo
Natus est homo: at tu tamen eloquere.
Fors enim
Commodum aliquid in medium protuleris, quod mihi procurare possis, aut
Potestatem quandam majorem,
Quae praeterierit me
Imprudentem: tu autem illud perspicis. In commune, quaeso, consule.

Quod-

Scholiis: ἔοικε δὲ Παναίτιον κωμῳδεῖν, ὃν καὶ ἐν Νόσοις. Καταλιπὼν Παναίτιον πίθηκον. ἔνθα καὶ μαγείρου πατρὸς αὐτὸν λέγει. Πίθηκον δὲ αὐτὸν εἶπε διὰ τὸ πανοῦργον· *Videtur Panaetium traducere, quem etiam in Insulis comoedia, cum ait: Relicto Panaetio Simio: ubi etiam coquo patre natum dicit. Simium autem eum dixit propter nequitiam.* In iisdem Scholiis est: Ὁ Παναίτιος μαγείρου καὶ μικροῦ ὄν· διαβάλλει δὲ αὐτὸν ὡς καταλαβόντα τὴν γυναῖκα ἑαυτοῦ μοιχευομένην· ἐδυναστεύετο γὰρ ὑπ' αὐτῆς μεγάλης οὔσης, μικροῦ ὤν· *Panaetius coquus erat & parvae staturae. Notatur autem, quia uxorem suam in adulterio deprehenderit; cum enim esset parvus, erat sub imperio uxoris, quae erat magna.*

vs. 442. Μήτ' ἐρχίπεδ' ἕλκειν, μήτ' ὀρύττειν] Ad postrema verba Scholia: μὴ ὀρύττειν, τὸν πρωκτὸν δεικνύς φησι· *dum dicit, μὴ ὀρύττειν, ostendit culum.* Comicus in Nubibus vs. 712. καὶ τὼς ὄρχεις ἐξέλκυσι, καὶ τὸν πρωκτὸν διορύττουσι.

vs. 448. Ἀκούετε λεώ· τὸς] In Pace vs. 550. ἀκούετε λεώ τὼς γεωργὼς ἅπαντας, τὰ γεωργικὰ σπεύσαντας λαβόντας ἐς ἀγρόν.

vs. 457. Λέγ' εἰς κοινόν] Euripides in Oreste vs. 756. εἶεν. εἰς κοινόν τι λέγειν χρή· *Esto; sed in commune aliquid dicere oportet.*

Ὃ γὰρ ἂν σὺ τύχῃς μοι
Ἀγαθὸν ποείσας, τοῦτο κοινὸν ἔσται.
ἀλλ' ἐφ' ὅτῳ περ ἂν ἥκεις τὴν σὴν φράγμαθ' γνώμην ἀναπείσας,
Λέγε θαῤῥήσας· ὡς τὰς σπονδὰς ὑμῖν μὴ πρότερον παραβῶμεν.
ΠΕΙΣΘ. Καὶ μὰ τὸν ὀργῶν νὴ τὸν Δία, τὰ πτερύγατα λόγον εἶς μοι,
Ὃν ἀμαθήσειν ὑμᾶς κωλύσ. φέρε πᾶν τὸ φάσμα· καταχεῖσθαι
Καὶ χειρὸς ὕδωρ φερέτω ταχύ τις. ΧΟΡ. Δειπνήσειν μέλλομεν, ἢ τί;
ΠΕΙΣΘ. Μὰ Δί' ἀλλὰ λέγειν ζητῶ τι πάλαι μέγα καὶ λαμπὸν ἔπος τι,
Ὅ, τι τὸν τύπτων θαύσσ ψυχὴν· ὅτως ὑμῶν ὑπεραλγῶ,
Οἵ τινες ὄντες πρότεροι βασιλῆς. ΧΟΡ. Ἡμεῖς βασιλῆς; τίνος;
ΠΕΙΣΘ. Ὑμεῖς
Πάντων ὁπόσ' ἐστίν· ἐμοῦ πρῶτον, τυδί, καὶ τοῦ Διὸς αὐτοῦ
Ἀρχαιότεροι, πρότεροί τε Κρόνου, καὶ Τιτάνων ἐγένεσθε,
Καὶ γῆς. ΧΟΡ. Καὶ γῆς; ΠΕΙΣΘ. Νὴ τὸν Ἀπόλλω. ΧΟΡ. Τουτὶ
μὰ Δί' οὐκ ἐπεπύσμην.
ΠΕΙΣΘ. Ἀμαθὴς γὰρ ἔφυς, καὶ πολυφράγμων, ὦδ' Αἴσωπον πεπάτηκας,
Ὃς ἔφασκε λέγων κορυδὸν πάντων πρώτιν ὄρνιθα γενέσθαι,
Προτέραν τῆς γῆς· καὶ πεῖσα νόσῳ τὸν πατέρ' αὐτῆς ἀποθνήσκειν·
Γῆν δ' οὐκ εἶναι· τὸν δὲ πρόσθεν πεμπταῖον· τὸν δ' ἀπορῦσαν
Ὑπ' ἀμηχανίας, τὸν πατέρ' αὐτῆς σὺν τῇ κεφαλῇ κατορύξαι.
ΧΟΡ. Ὁ πατὴς ἄρα τὸν κορυδὸν νεωὶ κεῖται τεθνεὼς Κεφαλῆσιν.
ΕΠ. Οὐκοῦν δῆτ' εἰ πρότεροι μὲν γῆς, πρότεροι δὲ θεῶν ἐγένοντο,
Ὡς πρεσβυτάτων αὐτῶν ὄντων ὀρθῶς ἔχ' ἡ βασιλεία.
ΕΥΕΛΠ. Νὴ τὸν Ἀπόλλω· πάνυ τοίνυν λεκὴ ῥύγχος βόσκειν σε τολοιπόν.
ΕΠ. Οὐκ ἀποδώσει ταχέως ὁ Ζεὺς τὸ σκῆπτρον τῷ ῥυκολάπτῃ;
ΠΕΙΣΘ. Ὡς ἐγὼ θεοὶ τοίνυν τὸν ἀνθρώπων ἦρχον τοπαλαιόν,
Ἀλλ' ὄρνιθες, καθάσπιθον, πολλὴ ἐστὶ τεκμήρια τούτων.

Αὐ-

vs. 459. Ἀγαθὸν ποήσας] In Pluto vs. 535. σὺ γὰρ ἂν ποήσαι τι δῆτ' ἀγαθόν;

vs. 462. Πρεπεπύραται λέγον] Scholia: ἐντετήκται· ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν τὰ ἄλευρα φυρόντων, εἶτα μάζας ποιούντων. *Paratus est; metaphora ab illis qui furinam subigunt, postque mazas faciunt.* In Thesmoph. vs. 81. ἐστὶ κακόν μοι μίγα τι πεπεπυραμένον.

vs. 465. Μὰ Δί' ἀλλὰ] *Non certe cenaturi; sed dicere quæro* &c. μὰ semper est negantis apud Aristophanem & plerosque veterum.

Ibid. Λέγειν ζητῶ] In Vespis vs. 1055. τὸν ζητοῦντα ποιεῖν τι λέγειν παξυρίσκειν σίζετε.

Ibid. Λαμπὸν] Scholia: λαμπρόν· ἐκ μεταφορᾶς τῶν βοῶν· λίζονται γὰρ τινες λαμπροὺς βόας, οἱ λιπαρεῖ· *Pingue, per metaphoram a bobus; dicuntur boves quidam larini, pingues nempe.* Comicus in Pace vs. 925. τί δ' αἱ δεκαὶ; βάλεσθε λαμπὸν βᾶ; ubi vide Noram.

vs. 466. Οὕτως ὑμῶν ὑπεραλγῶ] Videtur imitatus Eupolidem, quod libenter facit, cujus locus est apud Stobæum XLI. καὶ μὴν πολλῶν παρόντων, οὐκ ἔχω τί λέξω· οὕτω σφόδρ' ἀλγῶ τὴν πολιτείαν ὁρῶν παρ' ὑμῖν· *Equidem cum multa se efferant, non habeo quid dicam; tam valde doleo, cum remp. video, qualis ea apud vos est.* Et Nofter ordiebatur orationem a καὶ μήν· & utrique est fermo de corrupto Reip. ftatu.

vs. 471. Πεπάτηκας] Scholia: τὸ δὲ πατῆσαι ἴσον ἐστὶ τῷ

Quodcunque autem mihi
Bonum conciliaris, illud erit commune.
Sed itaque cujus rei causa huc venire animum induxisti,
Dic confidenter: neutiquam enim pacta ante (quam quid velis, acceptum fuerit) violaverimus.
PISTH. Et sane summopere prurio, praeparataque mihi est una oratio,
Quam porro subigere (& perficere) nihil vetat. Puer, affer corollas:
Ad manus aquam ocius quis ministret. CHOR. Coenaturine sumus, aut quid?
PISTH. Haud sanequam: sed dicere quaero jampridem magnam aliquam rem, & pinguem,
Quae istorum emolliat mentes: haud levem sane vestri causa dolorem capio,
Qui, cum antea reges essetis. CHOR. Nos reges fuimus? cujus? PISTH. Utique vos
Omnium, quaecunque sunt: me primum, & isto, ipsoque Jove
Veteriores; ante Saturnum & Titanas extitistis,
Atque Terram. CHOR. Atque Terram? PISTH. Omnino vero. CHOR. Illud profecto non sciveram.
PISTH. Indoctus nimirum natus es, atque indiligens, neque Aesopum trivisti,
Qui dicit alaudam omnium primam fuisse avem,
Ipsa Terra priorem; deinde morbo patrem ejus fuisse extinctum,
Cum Terra hactenus esset nulla; illum autem jacuisse insepultum ad quintum usque diem; hanc vero consilii expertem
Prae ineluctabili rei difficultate patrem suum in capite contumulasse.
CHOR. Pater itaque alaudae nunc conditus est post mortem in Cephalis.
EP. Nonne itaque, si Terra priores, prioresque Diis extiterint,
Ad eos utpote antiquissimos juste pertinebit regnum?
EUELP. Ita profecto: quapropter valde inposterum oportet te rostrum alere.
EP. Nonne cito sceptrum Jupiter restituet Pico?
PISTH. De Diis sane, eos in homines non habuisse imperium antiquitus,
Neque regnasse, sed *Aves*, multa sunt indicio.

Ne

τῷ διαπρέψαι.

vs. 472. Ὅς ἔφασκε κορυδὸν πάντων πρώτην ὄρνιθα γενέσθαι] Dum differit de Primatu avium apud Aves stolidas, fundamentum ponit Aesopicas fabulas, quibus nihil est incredibilius; dum autem de eadem re ad Homines verba facit infra in Parabasi, ex intimis Philosophiae penetralibus orditur: utrobique autem jocatur.

vs. 474. Γῆν δ' ἐκ εἶναι] Terram autem non fuisse, ubi scilicet sepeliri possit.

„ vs. 475. Τὸν πατέρ' αὐτῆς ἐν τῇ κεφαλῇ κατορύξαι] „ Hinc avem hanc ἐπιτυμβίδιον vocavit Theocritus Idyll. „ VII. vs. 23. ad quem locum vide Scholiasten. *Kuste-* „ *rus.*"

vs. 476. Κεφαλῆσι] Scholia: προσέταιξε τὸν δῆμον. Κεφαλῆς γάρ, δῆμος Ἀκαμαντίδος φυλῆς. *Alluſit ad pagum. Cephalenſes enim ſunt pagus Acamantidis tribus.*

vs. 479. Χρὴ ῥύγχος βόσκειν σέ] Supra vs. 348. δεῖ —— δῆσαι ῥύγχει φορεῖν.

vs. 480. Δρυοκολάπτῃ] A δρῦς *quercus*, & κολάπτειν *ſculpere*; quia picus roſtro tundit & rimatur cortices quercuum, eſcam ſibi quaerens. Cum autem quercus Jovi ſacra ſit, ut Virgilius ait, *Sicubi' magna Jovis antiquo robore quercus*; Epops merito dubitat, an Jupiter ſceptrum traditurus ſit Pico, qui ſolent Jovis arborem laedere, & inde cibum petere. *Ex Scholiis.*

Αὐτίκα δ' ὑμῖν ὡρῶτ' ἐπιδείξω τ' ἀλεκτρυόν', ὡς ἐτυράννῃ,
Ἠχέ τε Περσῶν ὡρῶτον πάντων, Δαρείου τ' Μεγαβύζου·
Ὡς τε καλεῖται Περσικὸς ὄρνις, ἀπὸ τ' ἀρχῆς ἔτ' ἐκείνης.
ΕΠ. Διὰ ταῦτ' ἄρ' ἔχων τ' νῷ ὥσπερ βασιλεὺς ὁ μέγας Δαβάσκῃ
Ἐπὶ τ' κεφαλῆς τ' κυρβασίαν, τ' ὀρνίθων μόνος, ὀρθιόν.
ΠΕΙΣΘ. Οὕτω δ' ἴσχυσέ τε, τ' μέγας ἰὼ τότε, τ' πολὺς, ὥστ' ἔλι τ' νεῦ,
Ὑπὸ τ' ῥώμης τ' τότ' ἐκείνης, ὁπόταν μόνον ὄρθιον ᾄσῃ,
Ἀναπηδῶσιν πάντες ἐπ' ἔργον, χαλκῆς, κεραμῆς, σκυτοδέψαι,
Σκυτῆς, βαλανῆς, ἀλφιταμοιβοὶ, τορνευτασπιδολυροποιοί·
Οἱ δὲ βαδίζουσ' ὑποδησάμενοι νύκλως. ΕΥΕΛΠ. Ἐμὲ τοῦτο γ' ἐρώτα.
Χλαῖναν γ' ἀπώλεσ' ὁ μόχθηρος Φρυγίων ἐείων Δᾳὰ τοῦτον.
Ἐς δεκάτην γάρ ποτε παιδιείῃ κληθεὶς, ὑπέπινον ὀψέ,
Κἄξω 'κάθευδον· τ' πεῖν δεινὸν τοὺς ἄλλους, οὕτως ἄρ' ἦσεν.
Κἀγὼ νομίσας ὄρθρον, ἐχώρουν Ἀλιμουντάδε, κἄξω προκύπτω
Ἔξω τείχους, τ' λωποδύτης παίει ῥοπάλῳ με τὸ νῶτον·
Κἀγὼ πίπτω, μέλλω τε βοᾶν· ὁ δ' ἀπέβλισε θοιμάτιόν μου.
ΠΕΙΣΘ. Ἰκλινος δ' ὢν τ' Ἑλλήνων ἦρχεν τότε, κἀβασίλευεν.
ΕΠ. Τῶν Ἑλλήνων; ΠΕΙΣΘ. Καὶ κατέδειξεν γ' οὕτως ὡρῶτος βασιλεύων
Προκυλινδεῖσθαι τοῖς ἰκλίνοις. ΕΥΕΛΠ. Νὴ τ' Διόνυσον, ἔγωγ' ἂν
Ἐκυλινδήμην ἰκλινον ἰδών· κἄθ' ὑπὸ τῶν ἀναγάσκων,
Ὀβολὸν καταβεβόχθαι· κἄτα κενὸν τ' θύλακον οἴκαδ' ἀφεῖλκον.
ΠΕΙΣΘ. Αἰγύπτῳ δ' αὖ τ' Φοινίκης πάσης κόκκυξ βασιλεὺς ἦν·
Χ' ὥποθ' ὁ κόκκυξ εἴποι κόκκυ, τοῦθ' οἱ Φοίνικες ἅπαντες
Τὰς πυρὰς ἂν, τ' ταὶς κεφαλαῖς ὂν τοῖς πεδίοις ἐθέριζον.

ΕΠ.

vs. 485. Περσικὸς ὄρνις] Infra vs. 708. ὁ δὲ χὴν, ὁ δὲ Περσικὸν ὄρνις. Cratinus Comicus apud Athenaeum IX. p. 374. ὥσπερ ὁ Περσικὸς ὥραν πᾶσαν κανταχοῦ ὀλόφωνος ἀλέκτωρ· *Sicut Persicus gallus alta voce cantans quolibet anni tempore.* Athenaeus XIV. p. 655. *καὶ μήποτε πρώτιστα καὶ ἐγένοντο καὶ ἐτράφησαν ἐν Σάμῳ, καὶ ἐντεῦθεν εἰς τοὺς ἔξω τόπους διεδόθησαν· ὥσπερ καὶ οἱ ἀλεκτρυόνες ἐν τῇ Περσίδι· Et forsitan in Samo primum extiterunt & educati sunt (pavones,) atque in alia loca deportati, ut Galli in Perside.*

vs. 486. Διαβάσκει] In Thesmoph. vs. 793. *βάσκετ', ἐπείγετε.*

vs. 488. Καὶ μίγας ἦν τότε καὶ πολὺς] Apud Herodotum in Polyhymnia ad Xerxem dicitur: *ὡς καὶ μέγας καὶ πολλὸς ἐγένετο ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ, ὥστε καὶ ταχέως ὁποίσω κατὰ τάχος ἴσαι· Quemadmodum magnus & potens factus est exiguo tempore, ita rursus cito eris humilis.* Vide ad Equites vs. 754.

vs. 489. & seq. Ἐὰν μόνον ὄρθριον ᾄσῃ, ἀναπηδῶσιν] Tanquam de citharoedo, aut citharistria; in Ecclesiaz. vs. 737. *σὺ δὲ διὰ τί ἀναπηδᾷς, ἐξὸν πολλάκις ἀπεχήσασά μ' εἰς ἐκκλησίαν ἀφῃ νυκτῶν διὰ τὸν ὄρθριον νόμον.*

vs. 494. Ἐς δεκάτην γάρ ποτε παιδιείῃ] Solebant tunc nomen imponere infantibus; infra vs. 923. *ἐκ δέλτου θύσω τὴν δεκάτην ταύτης ἐγὼ, καὶ τεύξομ' ὥσπερ παιδίῳ νῦν δὴ θέμιν.* Solebant etiam pervigilare tunc, aut in feram noctem convivari. Eubulus Comicus apud Athenaeum XV. p. 668. *ἴθι, γυναῖκες, νῦν ὅπως τὴν νύκθ' ὅλην ἐν τῇ δεκάτῃ τῷ παιδὶ χορεύσετε· Eja, mulieres, facite ut tota nocte, decima post infantem natum, saltetis.* Hinc Euelpidi illud infortunium noctu accidit.

vs. 495. Οὕτως ἄρ' ἦσεν] In Vespis vs. 100. *τὸν ἀλεκτρυόνα*

Ne longe abeam, primum vobis oſtendam gallum regno potitum eſſe;
Namque imperium tenuit Perſarum ante omnes, Darium quoque & Megabyzum;
Quamobrem nominatur etiam Perſicus ales, ex eo nempe imperio.
Ep. Eapropter videlicet nunc etiam uti magnus Perſarum rex graviter incedit
In capite criſtam gerens, tiarae inſtar, ſolus alitum, rectam.
Pisth. Tantum autem potuit, tantaque ejus tum fuit imperii magnitudo & dignitas, ut ad hoc usque tempus,
Propter poteſtatem, quam tunc olim obtinuit, quando ſolummodo diluculo cantaverit,
Exſiliant omnes ad opus, aerarii, figuli, coriarii,
Sutores, balnearii, farinae venditores, clypeorum lyrarumque confectores,
Et calceis indutis ad res ſuas nocte properent. Euelp. Illud quidem ex me quaere.
Laenam enim perdidi miſer e Phrygia mollique lana, iſtius opera.
Ad nominalia enim aliquando pueri celebranda vocatus perpotabam in Urbe,
Atque jam obdormiebam: priusquam vero ceteri coenarent, gallus iſte cecinit:
Ego autem diluculum eſſe ratus Alimuntem diſceſſi, & tantum quod proceſſeram
Extra murum: ibi graſſator percutit mihi clava dorſum;
Ex quo vulnere procido: dumque opem imploraturus eram, hic me veſte ſpoliavit.
Pisth. Milvus itidem Graecis tunc imperitavit, regnoque potitus eſt.
Ep. Graecis? Pisth. Hic utique primus, cum regnum obtineret, docuit
In genua procumbere milvis viſis. Euelp. Ita me Bacchus amet, ego quandoque
Provolvebar milvo conſpecto, & ſupinus cum jacerem hiante ore,
Obolum deglutivi, vacuumque aere ſacculum domum retuli.
Pisth. Aegypti quoque & totius Phoeniciae cuculus erat rex:
Et cum cuculus dixerit coccy, univerſi Phoenices
Frumenta & hordeum in arvis demetebant.

Ep.

λελιμνότα δ', ἃς ἦδ' ἐφ' ἑσπέρας.

vſ. 496. Ἐχώρει Ἀλιμουσιάδε] Ibam verſus Alimuntem. Scholia: δήμῳ τῆς Λεοντίδῃ φυλῆς· *Pagus Leontidis tribus* eſt Ἀλιμοῦς. Eſt autem δε pro εἰς. ut infra vſ. 507. πεδίονδε.

„ Ibid. Κἄρτι] Sic reſcripſi auctoritate. MS. Vat. „ pro κάτω προκύπτω, ut priores Editt. habent. Sen„ ſus autem eſt: *Et modo porta urbis egreſſus eram*, „ *cum* &c. vel: *& eo ipſo tempore, quo porta urbis egre„ dior* &c. Kuſterus." Editio Farrei: κἄτι.

vſ. 501. Πρωϊνιεύεσθαι] Ex Scholiis: ἔαρος ἀρχομένου ἐκεῖνος φαίνεται εἰς τὴν Ἑλλάδα —— ἐφ' ᾧ ἡδόμενοι κυλίνδονται —— & mox: οἱ πίνητες ἤν ἀπαλλαγέντες τὸ χειμῶνος ἐκυλινδοῦντο, καὶ προσεκύνουν αὐτόν· *Vere incipiente milvius apparet in Graecia, qua re laeti procumbentes volutabant ſe ipſos humi. Pauperes ab hyeme jam liberi, volutabant ſe proſtrati, & adorabant eum.* Poſt hyemem ſtatim apparere milvium patet etiam ex Comico infra, vſ. 714. ubi de hyberno tempore locutus inquit: Ἰκτῖνός αν μετὰ ταῦτα φανῇς ἑτέραν ὥραν ἀποφαίνων. Adorare autem ſolebant etiam ciconias, qui primum illas conſpicabantur; Philoſtratus Epiſt. 44. τὸν δὲ πελαργὸν οἱ πρῶτοι θεασάμενοι καὶ προσκυνέσι.

vſ. 503. Ὀβολὸν κατεδρόχθισα· κἄτα κενὸν τὸν θύλακον] *Obolum, (quem in ore habebam) quo farinam eram emturus, deglutivi; atque ita domum retuli vacuum ſaccum farinarium.* De pecunia in ore, & de ſacco farinario in Eccleſiaz. vſ. 813. μισθὸν ἀπῆρα τὸν γνάθου χαλκῶν ἔχων· κἄπειτ' ἐχάρην εἰς ἀγορὰν ἐπ' ἀλφιτα· ἔπειτ' ὑπέχοντος ἄρτί μ' τὸν θύλακον, αἰσχρ' ὁ κήρυξ μὴ δέχεσθαι μηδένα χαλκῆν. Nempe & iſte cum vacuo abivit ſacco farinario. De pecunia in ore condenda vide in Veſpis vſ. 787.

ΕΠ. Τᾶτ' ἄρ' ἐκεῖν' ἰὼ τᾶπ@ ἀληθῶς, κίκκυ, ψωλοὶ πεδίονδε.
ΠΕΙΣΘ. Ἦρχον δ' ὕπω σφόδρα τὸ δεξιὸ, ὥστ' εἴ τις ᾠ βασιλεύοι
Ἐν ταῖς πόλεσιν τᾶ Ἑλλάνων, Ἀγαμέμνων, ἢ Μενέλα@,
Ἐπὶ τᾶ σκήπτρων ἐκάθητ' ὄρνις, μετέχων ὄλα δωροδοκοίη.
ΕΥΕΛΠ. Τατὶ τοίνυν γ' οὐκ ἤδη 'γώ· ᾠ δῆτα μ' ἐλάμβανε θαῦμα,
Ὁπότ' ἐξέλθοι Πελαμός τις ἔχων ὄρνιν ἐν τοῖσι τραγῳδοῖς·
Ὁ δ' ἀνεῳγὼς τᾶ Λυσικράτη τηρῶν, ὄλα δωροδοκοίη.
ΠΕΙΣΘ. Ὁ δὲ δεινότατόν ἐστιν ἁπάντων. ὁ Ζεὺς γὰ ὁ νεῶ βασιλεύων,
Αἰετὸν ἔσκε' ὄρνιν ἔχων ὑπὲ τᾶ κεφαλᾶς βασιλεὺς ὤν·
Ἡ δ' αὖ θυγάτης γλαῦξ· ὁ δ' Ἀπόλλων, ὥσπερ θεράπων, ἵεκα.
ΕΥΕΛΠ. Νὴ τὼ Δήμητ', εὖ ταῦτα λέγεις. τίν@ ἕνεκα ταῦτ' ἄρ' ἔχουσιν;
ΠΕΙΣΘ. Ἵν' ὅταν θύων τις, ἔπειτ' αὐτοῖς εἰς τᾶ χεῖρ', ὡς νόμ@ ἐστὶ,
Τὰ σπλάγχνα διδοῖ, ᾖ Διὸς αὐτοὶ θέωτεροι τὰ σπλάγχνα λάβωσιν.
Ὤμυέ τ' οὐδεὶς τότ' ἀνθρώπων θεόν· ἀλλ' ὄρνιθας ἅπαντες.
Λάμπων δ' ὄμνυσιν ἔλη ᾠ νεῶ τᾶ χήν', ὅταν ἐξαπαλᾷ τις πά.
Οὕτως ὑμᾶς πάντες θέωτερον μεγάλως, ἀγίως τ' ἐνόμιζον·
Νεῶ δ' ἀνδράποδ', ἠλιθίως, μανᾶς.
Ὥσπερ δ' ἤδη τὰς μαινομένας
Βάλλως' ὑμᾶς· καὶν τοῖς ἱεροῖς
Πᾶς τις ἐφ' ὑμῖν ὀρνιθυτὴς
Ἴσησι βρόχους, παγίδας, ῥάβδους,
Ἔχνι, νεφέλας, δίκτυα, πτυκτάς·

Εἶτα

vs. 507. Ψωλοὶ] Erant enim circumcisi, ut constat ex Herodoto.

vs. 510. Ἐπὶ τῶν σκήπτρων ἐκάθητ' ὄρνις] Scholia: ἐπεὶ φιλοῦσιν ἐν τοῖς σκήπτροις ἐπὶ τὸ ἄκρον ἐκτυπῶν ὄρνιθας εἰς κόσμον· *Quoniam solent in sceptris, in summa parte, efformare Aves, ad ornatum.* Herodotus in Clione, de Assyriis: ἐπ' ἑκάστῳ δὲ σκήπτρῳ ἔστιν πεποιημένον, ἢ μῆλον, ἢ ῥόδον, ἢ κρίνον, ἢ ΑΙΕΤΟΣ, ἢ ἄλλο τι· *In quovis autem sceptro inest fabricatum, vel malum, vel rosa, vel lilium, vel AQUILA, aut aliud quid.* Etiam in Jovis sceptro *Aquila* sedebat, secundum Pindarum, cujus locum mox adducam ad vs. 515. Scholiastes ad Aves, infra vs. 1354. διὸ ἐν τοῖς σκήπτρεσι ἀνωτέρω μὲν ΠΕΔΑΡΓΟΝ τυποῦσι, κατωτέρω δὲ ποτάμιον ἵππον, δηλοῦντες ὡς ὑποτεταγμένοι ἡ βία τῇ δικαιοσύνῃ· *Quapropter in sceptris in superiore quidem parte efformant CICONIAM; in inferiore autem equum fluviatilem; significantes, violentiam subjici justitiae.*

vs. 511. Ἤδη 'γώ] Ita recte edidit Cl. Kusterus. Edd. pristinae ἤδειν 'γώ.

vs. 513. Ἄνοσκεν] Mallem ἂν ἐσχέκει vel ἂν εἰσχέκει.

Ibid. Λυσικράτη τηρῶν ὁ τι δωροδοκοίη] *Lysicratem observat quibusnam muneribus corrumpatur.* Hic notatur tanquam munerum captator. In Ecclesiazusis vs. 629. tanquam deformis.

vs. 515. Αἰετὸν ἔσκε' ὄρνιν ἔχων ὑπὲ τᾶς κεφαλᾶς] Scholia: δέον εἰπεῖν, ἐπὶ τῷ σκήπτρῳ· ὅτω γὰρ ὁ Πίνδαρος· Εὕδει δ' ἀνὰ σκάπτῳ Διὸς αἰετός· ἢ, ἐπειδὴ εἰώθεσαν τὰ ἀφιερωμένα ἑκάστῳ θεῷ ὄρνεα ἐπὶ κεφαλῆς ἱδρύειν· *Ita dixit, cum dicendum fuisset, in sceptro; sic enim Pindarus: Dormit autem in sceptro Jovis aquila. Aut, quia solebant sacratas cuivit Deo aves, collocare in capite* statuarum, quae erant illorum deorum. Locum Pindari descripsi, ut habetur Pythiorum I. vs. 10. quia in Scholiis male editum erat: Εὕδει γ' ἀσκήπτῳ Διός, pro Ἔνδει γ' ἀνὰ σκήπτῳ Διός. Verbum autem ἔσκε apud Comicum significat: *Erectus & dedicatus est*, & intelligitur de simulacro Jovis: ita occurrit apud Lucianum in Dialogo Jovis & Ganymedis.

vs. 516. Ἡ δ' αὖ θυγάτηρ γλαῦξ'] Minerva; de qua & in Equitibus vs. 1089. καί μοι δόκει ἡ Διὸς αὐτὴ ἐκ πόλεως ἐλθεῖν, καὶ γλαῦξ αὐτὴ 'πικαθῆσθαι.

vs. 521. Λάμπων] Iste erat vates: mentio ejus & infra vs. 989.

Ibid.

EP. Hoc nimirum illud est proverbio jactatum: Coccy, recutiti in agros
(abeunt messis faciendae causa).
PISTH. Tantam autem obtinuerunt imperii potestatem, ut, si quis etiam regnaret
In Graecorum civitatibus Agamemnon aut Menelaus,
Supra sceptra considebat avis, particeps eorum, quae acciperet dona.
EUELP. Id equidem ignoraveram; atque adeo admiratio me incessebat,
Si quando prodierat Priamus aliquis (in sceptro summo) avim tenens in tragoediis,
Qui erectus Lysicratem observabat, ut ne muneribus corrumperetur.
PISTH. Quod autem omnium maxime mirandum est; Jupiter ille, qui nunc regnat,
Aquilam avem gerit in capite, ut qui rex sit;
Ejusque filia noctuam; Apollo vero, tanquam famulus, accipitrem.
EUELP. Cererem obtestor, ut isthaec belle dicis: quam enimvero ob causam ista habent?
PISTH. Ut, cum quis sacrificat, ipsisque in manus, ut sacrorum est ritus,
Exta doponit, prius quam Jupiter, ipsae exta accipiant.
Nemo tunc hominum per Deum aliquem jurabat, sed per aves universi:
Et hactenus etiam Lampon per anserem jurat, cum decipit aliquem.
Tanto opere vos omnes antehac venerabiles & sanctos habuerunt:
Nunc autem mancipia, simplices, & servuli viles (censemini:)
Jamque adeo tanquam insanos
Sic vos feriunt: atque etiam in templis
Nemo non, ut vos capiat, auceps
Tendit laqueos, tendiculas, virgas, (visco illitas)
Septa, nebulas, retia, pedicas.

Deinde

Ibid. Ὄμνυσι τὸν χῆνα] Scholia: ὅτι πρῶτοι οἱ Σωκρατικοὶ ἔτως ἐπιτήδευσαν ὀμνύναι· *Socratici primi sic voluerunt jurare.* Vide ad Vespas vs. 83.

vs. 523. Μανᾶς] Μανῆς est nomen servile. Infra vs. 1311. & 1329. & alibi. Pherecrates apud Athenaeum VI. p. 263. ὁ γὰρ ἦν τότε ὅτε Μάνης ὅτε Σάκης ἐδεῖτ' δοῦλος. Vide supra ad vs. 31.

vs. 524. Μαιομένους] Propter praecedens Μανᾶς hoc intulit.

vs. 525. Κἀν τοῖς ἱεροῖς] Nam in templis tutae debebant esse aves, tanquam Diis supplices; nefas autem violare supplices Hinc cum Aristodicus Cumaeus in templo apud Branchidas nidos avium detraxisset, & pullos exemisset; ex adyto talis vox audita fertur: ἀνοσιώτατε ἀνθρώπων, τί τάδε τολμᾷς ποιεῖν; τὰς ἱκέτας μου ἐκ τοῦ νηοῦ κεραίζεις; *Impiissime hominum, cur haec audes facere? meosne tu supplices e templo diripis?* ut est apud Herodotum in Clione. Apud Euripidem tamen Ion aedituus Apollinis Delphici pellit aves e templo, in cognomini dramate vs. 106. πλανῶν τ' ἀχέλας, ἃ βλάπτουσι σίμ' ἀναθήματα, τόξοισιν ἐμοῖς φυγάδας θήσομαι· *Et greges avium, quae laedunt sacra donaria, sagittis meis fugabimus.* mox ibi avibus advolantibus minatur se eas jaculo petiturum, ubi inter alia vs. 170. ἔα, ἔα. τίς δ' ὀρνίθων καινὸς προσίζει; μῶν ὑπὸ θρηικὸς, ὠκείας καρηφὰς θήσων τέκνοις; ψαλμοί σ' ἔρυκσι τόξων· ἃ πίσυ; χωρῶν ἐν δίναις ταῖς Ἀλφείου παιδόρρει, ἢ νάπος Ἰσθμιον· *Eja, eja, quaenam haec avis nova accessit? num sub pinnis nido destinatas festucas positura ad pullos procreandos? arcebit te hinc arcus mei sonitus. Nonne parebis? Abi & in vorticibus Alphei pullos procrea, aut in nemus Isthmium profecta.*

vs. 527. & seq. Ἴσασι —— παγίδας —— νεφέλας] Athenaeus Lib. I. p 25. οὐδὲ τὸν ἀέρα δ' ἥρωες τοῖς ὄρνισιν εἶων ἐλεύθερον, παγίδας καὶ νεφέλας ἐπὶ ταῖς πίτυσι καὶ πελειάσιν ἱστάντες· *Nec aërem vero Heroës avibus reliquerunt liberum, qui laqueos & retia turdis & columbis tendebant.* Vide & supra vs. 195

vs. 528. Ἕρκη] Etiam retis species. Euripides in Bacchis vs. 955. Καὶ μὴν δοκῶ σοι τὰς ἐν λύγμαις, ὄρνιθας ἁς, Λίνειρων ἔχεσθαι φωτάσιν ἐν ἕρκεσι· *Atqui puto eas in sylvis, velut aves, tectorum destineri gratissimis in sepibus.*

Εἶτα λαβόντες πωλῦσ' ἀθρόους.
Οἱ δ' ὠνοῦνται βλιμάζοντες·
Κ' ὅδ' ἦν, εἴπερ ταῦτα δοκεῖ δρᾶν,
Ὁπησάμενοι παρέθεντ' ὑμᾶς,
Ἀλλ' ὀπικνοῦσιν τυρὸν, ἔλαιον,
Σίλφιον, ὄξος, ὑ τείψαντες,
Κατάχυσμ' ἕτερον γλυκὺ ὑ λιπαρὸν,
Κἄπειτα κατεσκέδασαν θερμὸν
Τοῦτο καθ' ὑμῶν
Αὐτῶν, ὥσπερ κενεβείων.
ΧΟΡ. Πολὺ δὴ πολὺ δὴ χαλεπωτάτους λόγους
Ἠνέγκας, ἄνθρωπ', ὡς
Ἐδάκρυσά γ' ἐμῶν
Πατέρων κάκιον, οἳ
Τάσδε τὰς πηὰς περῶντ' ὠδηδόντων,
Ἐπ' ἐμοῦ κατέλυσαν.
Σὺ δέ μοι κτῆμα δαίμονα ὑ
Σωτυχίαν ἀγαθὴν ἥκεις ἐμοὶ σωτήρ.
Ἀναθεὶς γὼ ἐγώ σοι
Τὰ νεόπλια, κἀμαυτὸν, οἰκήσω δή.
Ἀλλά τί χρὴ δρᾶν, σὺ δίδασκε παρών· ὡς ζῆν οὐκ ἄξιον ἡμῖν,
Εἰ μὴ κομιούμεθα παντὶ τρόπῳ τ' ἡμετέραν βασιλείαν.

ΠΕΙΣΘ. Καὶ δὴ τοίνυν πρῶτα διδάσκω μίαν ὀρνίθων πόλιν εἶναι·
Κἄπειτα τ' ἀέρα πάντα κύκλῳ, ὑ πᾶν τυτὶ τὸ μεταξὺ
Περιτειχίζειν μεγάλαις πλίνθοις ὀπταῖς, ὥσπερ Βαβυλῶνα.
ΕΠ. Ὦ Κεβριόνα, ὑ Πορφυρίων, ὡς σμερδαλέον τὸ πόλισμα.
ΠΕΙΣΘ. Κἄπειτ' ἂν τοῦτ' ἐπανεσήκῃ, τ' ἔρχιὸ τ' Δί' ἀπαιτεῖν.
Κἄν μὲ μὴ φῇ, μηδ' ἐθελήσῃ, μηδ' εὐθὺς γνωσιμαχήσῃ,
Ἱερὸν πόλεμον προὐδᾷν αὐτῷ, ὑ τοῖσι θεοῖσιν ἀπειπεῖν

Διὰ

vſ. 531. Ταῦτα δοκεῖ] Mallem ταῦτ' ἰδόκει.
vſ. 533. Ἀλλ' ἐπικνῶσιν τυρὸν —— σίλφιον] Infra vſ. 1581. ἀλλ' ἐπικνῶ τὸ σίλφιον. A κνῆσαι τυρὸν venit τυρόκνηστις.
vſ. 535. Κατάχυσμ' ἕτερον γλυκὺ] Infra vſ. 1636. μάλιστα, τὸ κατάχυσμα χρὴ ποιεῖν γλυκύ.
vſ. 539. ΧΟ. πολὺ] In Edd. quas vidi, omiſſum ΧΟ. cum tamen perſpicuum ſit, haec Chorum dicere.
vſ. 542. Κάκιον] Euripides in Iphig. Taurica vſ. 676. καὶ δειλίαν γὰρ καὶ κάκιν κικλήσομαι· *Etenim timiditatis & ignaviae probrum mihi concillabo.* ubi vide Notam Barneſii.
vſ. 545. Κατὰ δαίμονα] In Equitibus vſ. 147. ἀλλ' ἐδὲ προσέρχεται κατὰ θεὸν εἰς ἀγοράν. Hippocrates Epiſt. 12. κατὰ δαίμονα τὸν ὄντα ἐσιοδρόμησε.
vſ. 553. Πλίνθοις ὀπταῖς] Herodotus in Clione, ubi deſcribit, quomodo Babylon fuerit aedificata: ἐκκύσαντες δὲ πλίνθους ἱκανὰς, ὀπήσαν αὐτὰς ἐν καμίνοισι· *Cumque lateres duxiſſent, quantum ſat erat, torruerunt eas in caminis.*

vſ. 455.

Deinde vos captos vendunt universos;
Et emtores manibus imum vobis ventrem contrectant.
Neque tantum, quandoquidem haec talia facere videatur,
Vos assatos apponunt;
Sed rasum insuper adjiciunt caseum, oleum,
Silphium, acetum; istaque simul conterentes,
Jusculum aliud dulce & pingue (conficiunt,)
Illudque percoctum & calidum effundunt
In vos ipsos,
Tanquam si morticinae carnes essetis.
CHOR. Longe vero, longe acerbissimam rem
Apportasti, mi homo, ut
Deplorem meorum
Ignaviam patrum, qui
Hosce a majoribus traditos honores
Ad meam usque aetatem non propagarint, sed aboleri siverint:
Tu vero Deo mihi propitio, &
Peropportune adveniisti mihi servator.
Tibi etenim commissis
Pullisque meis, & memet ipso, (secure) degam.
Sed quid facere expediat, tu nos nunc praesens edoce: nam vivere nos
certe indignum est,
Nisi recuperaverimus omni pacto regnum nostrum.

PISTH. Et primum itaque moneo, una ut avium sit urbs;
Deinde ut omnis aër circum, atque universum hocce intervallum
Communiatur magnis lateribus coctilibus, uti Babylon.
EP. O Cebrione & Porphyrion, quam horribilem urbem!
PISTH. Porro autem cum illa fuerit excitata, imperium ut a Jove repetatis:
Si quidem non dimiserit, & noluerit, neque statim agnita virium suarum
imbecillitate consenserit,
Sacrum ipsi bellum indicatis, Deosque vetetis.

Per

vs. 554. Ὦ Κεβριόνα καὶ πορφυρίων] Cebriones fuit unus ex Gigantibus; hic autem tanquam avem eum nominat, simul cum Porphyrione, qui etiam fuit Gigas; sed est etiam ejusdem nominis avis quaedam: infra vs. 1249. πίμπλω δὲ πορφυρίωνας εἰς τὸν ἱρανὸν ὄρνις ἐπ' αὐτὸν —— πλεῖν ἐξακοσίους· —— καὶ δή ποτε εἷς Πορφυρίων αὐτῷ παρίσχε πράγματα. Facit autem istorum mentionem, quia & ipsi contra deos insurgunt, ut Gigantes.

vs. 556. Γνωσιμαχήσῃ] Euripides in Hercule Furente vs. 706. χὐ γνωσιμαχεῖν τὴν ἡλικίαν, τὰ δ' ἀμήχαν' ἐᾶν. Scholiastes Comici ad praesentem locum: γνωσιμαχῆσαί ἐστι τὸ, γνόντα ὅτι πρὸς κρείττονας αὐτὸς ἡ μάχη, ἡσυχάσαι· ita & Hesychius; sed addit: ἢ μεταγνῶσαι· ut hoc verbum non tantum significet: *Agnoscere se imparem esse ad certandum cum aliquo*; verum etiam *poenitentia duci, improbare priorem sententiam, & ei adversari.* Hinc Pollux VI. 115. conjungit: μεταμιλῆσαι, μεταγνῶναι, γνωσιμαχῆσαι, μεταγνῶναι, & similia.

Διὰ τ' χώρας τ' ὑμετέρας ἐφυκόσι μὴ Ἀφροιτῇν,
Ὥστ' ᾠήτερον μοιχεύσοντες τὰς Ἀλκμήνας κατέβαινον,
Καὶ τὰς Ἀλόπας, ἢ τὰς Σεμέλας· ἵν' ὦ δ' ὀπίσω, ὀπιβάλλειν
Σφραγῖδ' αὐτοῖς ὀπὶ τ' ψωλίῳ, ἵνα μὴ βινῶσ' ἕλῃ κείνας.
Τοῖς δ' ἀνθρώποις ὄρνιν ἕτερον πέμψαι κήρυκα κελεύω,
Ὡς ὀρνίθων βασιλευόντων, θύειν ὄρνισι τολοιπόν.
Κἄπειτα θεοῖς ὕστερον αὖθις· ᾠσυείμαδι δὲ πρεπόντως
Τοῖσι θεοῖσι τ' ὀρνίθων, ὃ ἂν ἁρμόζῃ καθ' ἕκαστον.
Ἦν Ἀφροδίτῃ θύῃ, πυρὸς ὄρνιθι φαληρίδι θύειν.
Ἦν δὲ Ποσειδῶνι τὶς νῶν θύῃ, νήττῃ πυρὸς καθαγίζειν.
Ἦν δ' Ἡρακλεῖ πις ὖν, λάρῳ νατὸς θύειν μελιτώτας.
Κὰν Διΐ θύῃ βασιλεῖ κελεόν, βασιλεύς ἐστ' ὀρχίλος ὄρνις,
Ὥ ᾠητέρῳ δεῖ γ' Διὸς αὐτῷ σέρφον ἔνορχιν σφαγιάζειν.
ΕΥΕΛΠ. Ἡδέως σέρφῳ σφαγιαζομένῳ. βροντάτω νῦν ὁ μέγας Ζάν.
ΕΠ. Καὶ πῶς ἡμᾶς νομιοῦσι θεοὺς ἄνθρωποι, κἀχὶ κολοιούς,
Οἵ πετόμεθα, πέρυγάς τ' ἔχομεν; ΠΕΙΣΘ. Ληρεῖς, ἢ νὴ Δί' ὁ γ' Ἑρμῆς
Πέτατ', θεὸς ὤν, πέρυγάς τε φορεῖ, κἄλλοι γε θεοὶ πάνυ πολλοί.
Αὐτίκα Νίκη πέτατ' περύγειν χρυσαΐν· ἢ νὴ Δί' Ἔρως γε.
Ἰέναι δὲ χ' Ὅμηρος ἔφασκ' ἰκέλιον εἶναι πτήνῃσι πελείῃ.
ΕΠ. Ὁ Ζεὺς δ' ὑμῖν ἢ βροντήσας πέμψει πτερόεντα κεραυνούς;
ΠΕΙΣΘ. Ἦ δ' ὃν ὑμᾶς μὴ ὑπ' ἀγνοίας εἶναι νομίσωσι τὸ μηδέν,
Τύτνος δὲ θεὸς τὸν ὀλύμπῳ, τότε χρὴ φρυθῶν νέφος ἆθεν,
Καὶ σπερμολόγων, ὅτι τ' ἀγρῶν τὸ σπέρμ' αὐτῶν ἀνακάψαι·
Κἄπειτ' αὐτοῖς ἡ Δημήτης πυρὸς πεινῶσι μετρείτω.
ΕΠ. Οὐκ ἐθελήσει μὰ Δί', ἀλλ' ὅψει πρεσβύτεις αὐτίκα παρέχουσαν.
ΠΕΙΣΘ. Οἱ δ' αὖ κόρακες τ' ζθυγαείων, οἷσιν τ' γῆν καταρῶσι,

Καὶ

vs. 558. Ἐφυκόσι] Omnes quas vidi Edd. ἐφυκόσι.

vs. 560. Ἐπιβάλλειν σφαγῖδα] In Thesmoph. vs. 421. τοὺς γυναικωνίτισι σφραγῖδας ἐπιβάλλουσι.

vs. 562. Τοῖς δ' ἀνθρώποις ὄρνιν ἕτερον πέμψαι κήρυκα] De his legatis ad Deos, & ad homines mittendis dicit quidem & infra vs. 843. κήρυκα δὲ πέμψον τὸν μὲν εἰς θεοὺς ἄνω· ἕτερον δ' ἄνωθεν αὖ παρ' ἀνθρώπους κάτω. Sed illi ad Deos quidem non mittuntur, quod appareat; prius enim a Diis veniunt Legati Neptunus, Hercules, & Barbarus quidam deus, qui adveniunt vs. 1564. ad homines autem missus est legatus κατὰ τὸ σιωπώμενον, qui redit vs. 1271.

vs. 566. Ἀφροδίτῃ — φαληρίδι] Venerem cum Phaleride jungit, alludens ad Phaletem, sive Phallum, qui est penis coriaceus.

vs. 567. Ποσειδῶνι — νήττῃ] Neptunum deum *marinum* conjungit cum anate, ave *aquatica*. quae videtur a νῆχεσθαι, *natare*, dici.

vs. 568. Ἡρακλεῖ — λάρῳ] Deum voracem jungit avi voraci. De deo in Pace vs. 731. τὰς δ' Ἡρακλέας τοὺς μάτλοντας, καὶ τὰς πεινώντας. de Ave, Matron in Parodia apud Athenaeum IV. p. 134. — πεινῶντι λάρῳ ὄρνιθι ἐοικώς· *Esurienti laro avi similis.*

vs. 568. Μελιτώτας] Ellipsin hic esse Praepositionis καὶ dicit Scholiastes.

vs. 569. Κὰν Διΐ θύῃ βασιλεῖ — βασιλεὺς δ' ὀρχίλος] Ex Scholiis: ἐπεὶ κατωφερὴς ὁ Ζεὺς, καὶ μοιχὸς, διὰ τοῦτο ὀρχίλον παρέλαβε, διὰ τὰς ὄρχεις· *Quia Jupiter est intemperans circa res venereas, & magnus adulter, propterea Poëta sumsit & cum eo junxit orchilum, propter similitudinem vocum* ὀρχίλος, & ὄρχεις· sunt autem ὄρχεις *colei*, sive *testes*. Huc alludi patet etiam cum dicit mactandum orchilo σέρφον ἔνορχιν, *colleatum*. Etiam in Vespis vs. 1511. fit mentio hujus aviculae & simul alludo, sed non tam ad ὄρχεις, quam ad ὀρχεῖσθαι.

Sed, ô puerule! si quid cantare cogitas,
Hic propter me adsta, & prius incipe.
Pu. Nunc rursus ab armatis viris incipiamus. Tr. Desine
Armatos cantare, ô perditissime, praesertim
Pacis tempore: indoctus es & execrabilis.
Pu. Illi autem ut concurrerunt inter sese,
Scuta & clypeos conferebant umbonibus praeditos.
Tr. Clypeos? nonne desines clypeos memorare nobis?
Pu. Hic jam simul ejulatus virorum oriebantur & vota.
Tr. Virorum ejulatus, *inquis*? plorabis, ita me Bacchus amet,
Ejulatus canens, eosque umbonibus praeditos.
Pu. Quid ergo canam? tu dic mihi, quibus delecteris.
Tr. Sic illi quidem comedebant boum carnes, & alia hujusmodi.
Prandium apponebant, & quaecunque sunt esu suavissima.
Pu. Sic illi quidem comedebant boum carnes, & colla equorum
Solvebant jugo, postquam bello erant satiati.
Tr. Eja, satiati erant bello, deinde comedebant.
Haec cane, haec, ut comederint satiati.
Pu. Deinde postquam desiissent, potabant. Tr. Cupide & libenter.
Pu. E turribus autem effundebantur, & clamor ingens oriebatur.
Tr. Male pereas, puerule, una cum praeliis;
Nihil enim cantas nisi bella. cujusnam es filius?
Pu. Egone? Tr. Tu inquam. Pu. Filius Lamachi.
Tr. Au, au.
Sane ut audiebam, ego mirabar, ni tu esses
Filius alicujus Bulomachi (*amantis praelia*) & Clausimachi (*flentis post praelia*.)
Apage, i canta hastiferis.
Ubi mihi Cleonymi est filius?

Cane

vs. 1283. Κατ' ἔσθιον] Ita emendo. Omnes, quas vidi, κατάσθιον.

vs. 1284. Ταῦτ' ἄδε] Ita Editio Farrei. Caeterae antiquae ταυτάδε· quod nihil est. Nupera ταῦτα δή, quod huc nihil facit. Vulgo male: ταῦτα δή. Caeterum Euripides idem dixit: τοιαῦτ' ἄειδε, καὶ δόξεις φρονεῖν· *talia canta & videberis sapere.* in Antiope apud Stobaeum.

vs. 1285. Ἀσμένοις] Hoc propterea dicit, quia praecedens ξωφάσσοντο pro *inebriari*, ut in Acharn. vs. 1133.

vs. 1291. Βελομαχᾶ] Vi etymologiae idem βελόμαχος & λάμαχος. nam λᾶς est βέλη, vis. Κλαυσίμαχον autem Lamacaum vocat, quasi fleturum, quia jam velligerare non possit. ἤμέρα γὰρ ἐξέλαμψεν ἥδε μισελάμαχος, inquit supra vs. 304.

vs. 1292. Ἰών.] Ita Ed. Brubachii. Caeterae antiquae νίόν male. Nupera ἰὼν, non male quidem, sed praestat ἰόν, nam & superius in neutro genere φάν.

Ἄσον πρὶν εἰσιέναι τι· σὺ γὰρ εὖ οἶδ' ὅτι
Οὐ πράγματ' ἄσεις· σώφρον' γὰρ εἶ πατρός.
Π. Κ. Ἀσπίδι μὲν Σαίων τις ἀγάλλεται, ἣν παρὰ θάμνῳ
Ἐντὸς ἀμώμητον κάλλιπον οὐκ ἐθέλων.
ΤΡ. Εἶπέ μοι, ὦ πόθων, εἰς τ' σαυτῆς πατέρ' ἀφίεις;
Π. Κ. Ψυχὴν δ' ἐξεσάωσα. ΤΡ. Κατήχμωσάς τε τοκῆα.
Ἀλλ' εἰσίωμεν· εὖ γὰρ οἶδ' ἐγὼ σαφῶς,
Ὅτι ταῦθ', ὅσ' ἦσας ἄρτι περὶ τ' ἀσπίδος,
Οὐ μὴ 'πιλάθῃ πώποτ' ὢν ἐκείνης γε πατρός.
Ὑμῶν τὸ λοιπὸν ἔργον ἤδη 'νταῦθα τ' μμάντων,
Φλᾶν ταῦτα πάντα χ' σποδεῖν,
Καὶ μὴ κενὰς παρέλκειν·
Ἀλλ' ἀνδρικῶς ἐμβάλλετε,
Καὶ σμήχετ' ἀμφοῖν ταῖν γνάθοιν.
Οὐδὲ γὰρ, ὦ πόνηροι,
Λθηκῶν ὀδόντων ἔργον ἐστίν,
Ἢν μή π χ' μασῶνται.
ΧΟΡ. Ἡμῖν μελήσῃ ταῦτά γ'· εὖ ποιεῖς δὲ χ' σὺ φράζων.
ΤΡ. Ἀλλ', ὦ πολῖται πεινῶντες, ἐμβάλλεσθε τ' λαγῴων·
Ὡς ἀχὲ πᾶσαν ἡμέραν
Πλακοῦσιν ἐστὶν ἐντυχεῖν πλανωμένοις ἐρήμοις.
Πρὸς ταῦτα βρύχετ', ἢ τάχ' ὑμῖν φημὶ μεταμελήσειν.
Εὐφημεῖν χρὴ, χ' τ' νύμφιον ἔξω πινὰ δοῦρο κομίζειν,
Δᾷδάς τε φέρειν, χ' πάντα λεὼν συγχαίρειν, κἀπικελεύειν,
Καὶ τὰ σκεύη πάλιν εἰς τ' ἀγρὸν νυνὶ χρὴ πάντα κομίζειν,
Ὀρχησαμένους, χ' σπείσαντας, χ' Ὑπέρβολον ἐξελάσαντας·
Κἄπειτ' ἐπευξαμένους τοῖσι θεοῖς
Διδόναι πλοῦτον τοῖς Ἕλλησι,
Κεὐθάς τε ποιεῖν ἡμᾶς πολλὰς
Πάντας ὁμοίως, οἴνου τε πολλοῦ,

Σῦκα

vs. 1295. Σάρριν] Eadem ratione Cleonymum istum Paci dicit esse ἀνάσπαστον supra vs 672.

vs. 1296. Ἀσπίδι μὲν Σαίων τις] Distichon Archilochi, quod is in seipsum cecinit, cum in praelio quodam contra Saïos, qui dicuntur esse Thracum gens, fugisset, relictis turpiter armis. Ex *Scholiis*. Ceterum imitatus in hac re Archilochum videtur Horatius, cum etiam de se ipso inquit: *Sensi relicta non bene parmula*. ut *Florens* observavit.

vs. 1298. Ὦ πόθων] Non solum puerorum τὰ αἰδοῖα· sed & ipsi pueruli sic vocantur. Ex Hesychio. Sic a σάθη, quod idem est quod πόθη, dicitur σάθων. Antisthenes σάθωνα vocavit Platonem, ut refertur apud Athenaeum p. 507.

vs. 1299. Ψυχὴν δ' ἐξεσάωσα] „Etiam Archilochi est „ hemistichion, initiumque distichi alterius, quod in„ tegrum reperitur apud Plutarchum ad hunc mo„ dum: Ψυχὴν δ' ἐξεσάωσα φυγὼν, ἀλλ' ἀσπὶς ἐκείνη Ἐρρέ„ τω, ἧς αὖθις κλέσομαι ἐκ κακέω. Id est: *Servavi fugiens* „ *animam, clypeumque valere jussi: haud pejorem nempe* „ *parare licet.* Ex notis *Florentis.*"

vs. 1302. Ὧν] Ita Ed. Nupera. Caeterae, quas vidi, ἂν habent.

vs. 1304. Φλᾶν] De esu etiam in Pluto vs. 694. κἀγὼ τότ' ἤδη τῆς ἀθάρας πολλὴν ἔφλων. Alibi conjunxit φλᾶν & σποδεῖν. sed non de esu: nempe in Nubibus vs. 1380. κἄπιτ' ἔφλα με κἀσφόδελον.

vs. 1305. Καὶ μὴ κενὰς παρέλκειν] Subauditur χρῆθε, aut σιαγόνας. ut sit sensus, qualis est in isto Alexidis loco apud Athenaeum XIV. p. 642. Ὁ πρῶτος ὑμῶν καμ-

ψὸς

Cane aliquid, priusquam ingrediaris; nam sat scio te
Non bella cantaturum: modesto enim es patre natus.
Pu. Clypeo quidem *meo* Saïus aliquis superbit, quem apud carecta
Conditum reliqui non sponte mea, labe carentem.
Tr. Dic mihi, o Pusio, in patremne tuum haec canis?
Pu. Vitamque servavi. Tr. Et dedecori fuisti parentibus.
Sed ingrediamur: nam sat certo scio ego,
Fore ut horum, quae jam ceciniſti de clypeo,
Nunquam obliviscaris, illo patre natus.
Ceterum vobis hic manentibus id jam relinquitur negotii,
Ut haec strenue comedatis & consumatis,
Nec frustra maxillas moveatis.
Incumbite ergo gnaviter,
Et mandite utrisque maxillis.
Nullus enim, ô perditi,
Usus est alborum dentium,
Si non aliquid mandunt.
Ch. Nobis haec erunt curae: bene tamen facis & tu, cum nos mones.
Tr. Sed, ô qui antehac esuriebatis, ingerite leporinas.
Nam non quotidie
Licet incidere in placentas, quae solae vagantur.
Quamobrem vorate, aut mox vos poenitebit.
Ore favere decet, & Sponsam huc foras adducere,
Tedasque ferre, & gratulari omnem populum, ac fauste acclamare:
Et omnem supellectilem rursus nunc in agrum portare,
Postquam saltaverimus, & libaverimus, & Hyperbolum expulerimus.
Deosque precati fuerimus,
Ut dent Graecis divitias,
Et ut magnus hordei proventus nobis sit
Omnibus pariter, vinique:

Utque

ἰῶς ἦν τραγήματα. Τὶ συμπτοὶς γὰρ διατριῶν ἐξῶρέ πως, Κέφαλος ἔχειν μηδεπώποτε τὰς σιαγόνας· *Lepidus fuit, qui primus invenit bellaria; invenit enim exercitium quoddam conviviale, & ut otiosas quis nunquam habeat maxillas.* Videtur autem proverbiale esse κινεῖς παρίκιον· quo alludere videtur Antiphanes apud Athenaeum X. p. 446. qui ex contrario dixit: πῖθι ἔν, ὦ ἑταῖρε, καὶ μὴ μισᾷς ἀεὶ ὑλκάμεν. ubi subauditur κύλικας· hoc sensu: *Bibe igitur, amice, & ne plenos semper calices trahamus.*

vs. 1308. & seq. Οὐδὲ γὰρ —— λευκῶν ὀδόντων ἔργον ἐστὶν] Eustathius ad Iliadem p. 346. lin. 47. οὐδὲν λευκῶν ὑπόφρων ὄφελος· *Nullus enim usus alborum virorum.* Apud Comicum hic ἔργον accipitur, ut in Pluto vs. 1155. οὐ ἔργον ἐς' ὀδὼν γραφῶν. Ceterum recte hic Florens pro οὐδὲ γὰρ legit οὐδὲν γάρ.

vs. 1315. Πρὸς ταῦτα βρύκετε] Euripides in Cyclope vs. 355. εὐρείας φάρυγγος, ὦ Κύκλωψ, ἀναξόμεν τὸ χεῖλος, ὡς ἑτοιμά σοι ἕφθ' ἁπαλὰ καὶ ἀνθρακιᾶς ἀποχραύειν, βρύκειν· *Amplarum faucium, o Cyclops, aperi labra, nam parata tibi sunt, elixa & assa & quae ex prunis detracta deglutias, Dentibus frendens mandas.* Eubulus Comicus apud Athenaeum XIII. p. 572. καὶ τῶν κρεῶν ἀπέζυκον αἰσχρῶς· *Et carnem turpiter commorsam mandunt.*

vs. 1318. Καὶ τὰ σκεύη πάλιν εἰς τὸν ἀγρόν] Supra vs. 550. ἀκούετε λεώ, τὰς γεωργὲς ἀπιέναι τὰ γεωργικὰ σκεύη λαζόντας εἰς ἀγρόν.

vs. 1319. Ὑπέροχον] De isto supra vs. 680.

vs. 1321. Διδόναι πλέθρον] Ad Plutum vs. 134.

Σῦκά τε πρώγειν·
Τάς τε γυναῖκας πίλειν ἡμῖν·
Καὶ τἀγαθὰ πάνθ', ὅσα ἀπωλέσαμεν,
Συλλέξαντ' πάλιν ἐξ ἀρχῆς·
Λῆξαι δ' αἴθωνα σίδηρον.
Δεῦρ', ὦ γύναι, εἰς ἀγρὸν,
Χ' ὅπως μετ' ἐμοῦ καλὴ
Καλῶς κατακείσῃ.
Ὑμὶν, Ὑμέναι' ὦ· Ὑμὶν, Ὑμέναι' ὦ.
ΧΟ. Ὦ τρισμάκαρ, ὡς δικαίως
Τἀγαθὰ νοῦν ἔχεις.
Ὑμὶν, Ὑμέναι' ὦ·
Ὑμὶν, Ὑμέναι' ὦ.
Τί δράσομεν αὐτοῖ;
Τί δράσομεν αὐτοῖ;
Τρυγήσομεν αὐτοῖ.
Τρυγήσομεν αὐτοῖ.
Ἀλλ' ἀράμενοι φέρωμεν,
Οἱ παρεσκευασμένοι, οἱ χρηστοὶ ἀναλαβόντες
Τὸν νυμφίον, ὦ ἄνδρες.
Ὑμὶν, Ὑμέναι' ὦ· Ὑμὶν, Ὑμέναι' ὦ.
Οἰκήσετε γῆν καλῶς,
Οὐ πράγματ' ἔχοντες,
Ἀλλὰ συκολογοῦντες.
Ὑμὶν, Ὑμέναι' ὦ· Ὑμὶν, Ὑμέναι' ὦ.
Τῷ μὲν μέγα χἠ παχύ,
Τῆς δ' ἡδὺ τὸ σῦκον·
Φήσεις γῆν ὅλην ἐδῶδιμος,
Οἶνόν τε πίνης πολύν.
Ὑμὴν, Ὑμέναι' ὦ· Ὑμὴν, Ὑμέναι' ὦ.

Λείπει.

Πλακοῦντας ἔδεσθε.

vs. 1333 ΧΟ. Ὦ τρισμάκαρ] Praepositi Chori nomen, ut est in Editione Farrei.

vs. 1339. Τρυγήσομεν αὐτοῖ] Alludit ad nomen Trygaei & Oporam.

vs. 1349.

Utque ficus comedamus:
Et uxores ut nobis pariant:
Bonaque omnia, quaecunque amiſimus,
Collecta recuperemus denuo.
Et coruſcantis ferri (*i. e. armorum*) uſus ut ceſſet.
Veni, ô mulier, in agrum,
Ut mecum bella
Belle cubes.
Hymen, Hymenaee, ô Hymen, Hymenaee ô.
CH. O ter beate, quam merito
Haec bona nunc habes!
Hymen, Hymenaee ô.
Hymen, Hymenaee ô.
Quid ei faciemus?
Quid ei faciemus?
Fruemur ea.
Fruemur ea.
Sed tollamus & feramus
Nos, quibus id mandatum eſt, choreutae receptum ad nos
Sponſum, ô viri.
Hymen, Hymenaee, ô Hymen, Hymenaee ô.
Bene habitabitis,
Nec moleſtias ſuſtinebitis,
Sed ficus colligetis.
Hymen, Hymenaee, ô Hymen, Hymenaee ô.
Ille habet magnam & craſſam,
Haec vero dulcem ficum.
Tum demum id dices cum comederis,
Vinumque multum biberis.
Hymen, Hymenaee, ô Hymen, Hymenaee ô.

Deſunt quaedam.

Placentas comedetis.

vſ. 1349. Μίγα καὶ παχύ] Obſcene. vſ. 1351. Φάσις] Supra vſ. 917.

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΖΟΥΣΑΙ.

ARISTOPHANIS ECCLESIAZUSAE.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.	DRAMATIS PERSONAE.
ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.	Praxagora.
ΓΥΝΗ ΤΙΣ.	Mulier quaedam.
ΕΤΕΡΑ ΓΥΝΗ.	Alia Mulier.
ΑΛΛΗ ΓΥΝΗ.	Alia Mulier.
ΑΛΛΗ ΓΥΝΗ.	Alia Mulier.
ΑΛΛΗ ΓΥΝΗ.	Alia Mulier.
ΒΛΕΠΥΡΟΣ ΑΝΗΡ ΤΗΣ ΠΡΑΞΑΓΟΡΑΣ.	Blepyrus vir Praxagorae.
ΧΟΡΟΣ ΓΥΝΑΙΚΩΝ.	Chorus Mulierum.
ΕΤΕΡΟΣ ΑΝΗΡ.	Alius vir.
ΧΡΕΜΗΣ.	Chremes.
ΦΕΙΔΩΛΟΣ, Η, Ο ΜΗ ΚΑΤΑΘΕΙΣ.	Pheidolus, sive vir, qui bona sua non contulerat in medium.
ΑΝΗΡ Ο ΚΑΤΑΘΕΙΣ.	Vir qui contulerat bona sua.
ΚΗΡΥΞ.	Praeco.
ΓΡΑΥΣ.	Anus.
ΕΤΕΡΑ ΓΡΑΥΣ.	Alia Anus.
ΝΕΑ.	Juvencula.
ΝΕΟΣ.	Juvenis.
ΑΛΛΗ ΓΡΑΥΣ.	Alia Anus.
ΑΛΛΗ ΓΡΑΥΣ.	Alia Anus.
ΑΛΛΗ ΓΡΑΥΣ.	Alia Anus.
ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.	Famula.
ΔΕΣΠΟΤΗΣ.	Dominus.

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ
ΕΚΚΛΗΣΙΑΖΟΥΣΑΙ.



ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ.

Λαμπρὸν ὄμμα ϑ' τροχηλάτυ λύχνυ,
Κάλλιστ' ὀ ϑυσκόποισιν ἐξητημένον·
Γονάς τε γ' σὰς ϗ τύχας δηλώσομεν.
Τροχῷ γ' ἐλαθεὶς κεραμικῆς ῥύμης ἄπο,
Μυκίῃρσι λαμπρὰς ἡλίυ πμὰς ἔχεις.
Ὅρμα φλογὸς σημεῖα τἀ ξυγκείμενα.
Σοὶ γ' μόνῳ δηλῶμεν εἰκότως, ἐπεὶ
Κἀν τοῖσι δωματίοισιν Ἀφροδίτης τρόπων
Πειρωμένοισι πλησίον ϖ̓ξιατεῖς·
Χορδυμένων τε σωμάτων ὀπιϗάτιν
Ὀφθαλμὸν ἡδεὶς τ' σὸν ἐξείργϗ δόμων.
Μόνῳ δὲ μηρῶν εἰς ὑπορρήτυς μυχὰς
Λάμπεις ἀφαύων τ' ἐπανθοῦσαν τείχα·
Στοάς τε καρπῶ βακχείυ τε νάμαϊ
Πλήρεις ὑπωινγύσαισι συμπαραξατεῖς,
Καὶ ταῦτα σωφρῶν, ϗ λαλεῖς τοῖς πλησίον.
Ἀνθ' ὧν σωσείϗ ϗ τἀ νῦν βυλεύματα,
Ὅσα Σκίροις ἔδοξε ταῖς ἐμαῖς φίλαις.

Ἀλλ'

vſ. 1. Ὦ λαμπρὸν ὄμμα] Orditur ſtylo tragico, quaſi Soli aut Lunae neſcio quid narraret. Ut v. g. Sophocles in Ajace vſ. 860. ὦ τὸν αἰπὺν ὑρανὸν διφρηλατῶν ἥλιε —— ἄγγειλον ἄτας ἐμάς. & Euripides initio Phoeniſſarum: ὦ τὸν ἐν ἄστροις ὑρανῦ τέμενων ὁδὸν —— ἥλιε, Θοαῖς ἵπποισιν ἐλίσσων φλόγα. Saepe autem Comicus jocatur, Tragicorum cothurnos rebus vilibus & frivolis aptando. Quod & alios Comicos feciſſe apparet; ſic, cum in Medea Eurip. vſ. 57. dicatur: ὡσθ' ἵμερός μ' ὑπῆλθε γῆ τε κὠρανῶ λίξαι μολόντι τῶνδ' ὡς ἐσκεύασα· *Nam cupido me invaſit, ut Terrae & Coelo narrem, huc egreſſus, quomodo opſonium paraverim.*

Ibid. Τῷ τροχηλάτυ λύχνυ] Sic *Patinam* vocat τροχήλατον Xenarchus Comicus apud Athenaeum II. p. 64. —— τῆς τροχηλάτυ πόρης Πίμπλησι λοπάδῳ σιρηνοσώματον κύτῳ· *Rotae —— agitatione —— factae Puellae Patinae implet capacem ſinum.* ubi recte Caſaubonus: τροχήλατῳ κόρῃ dicitur *Patina fictilis: alluſione clara ad figulinam rotam.* Illa autem verba itidem tragicum quiddam ſpirant; ut recte idem Vir Magnus vidit, cum inquit: *Non dubito de induſtria Poëtam Tragica & ampullata loquendi genera uſurpaſſe, ut ſuorum aequalium Tragicum aliquem aut dithyrambicum ineptum irrideret: quod videmus ab Ariſtophane & ſaepiſſime fieri, & ſemper urbaniſſime.*

vſ. 2. Ἐξητημένον] Ita Ed. nupera, ſubſcripto Jota priori η (quaſi eſſet ab ἐξαιτῆμαι) quod nulla vetus Ed. habet. Legendum autem puto ἐξητημένον. ut in Theſmoph. vſ. 445. εὖ διεζητημένης. aliorum conjecturae ſunt, ἐξησκημένον & ἐξηρτημένον. Antecedens autem εὐσκόποισι nollem cum Fabro in εὐσκότοισι mutare (ita enim vult, unde etiam vertit: *in locis tenebricoſis:*) ſed cum Scholiaſte expono: τοῖς σοφοῖς τοῖς εὖ σκεπτομένοις. ut ἐν εὐσκόποισι ſit: *inter ſapientes, inter prudentes & circumſpectos:* (ut contra ἄσκοπος, eſt ἀνόητος, ἀπρόβατος apud Heſychium) aut, *inter eos, qui a ſcopo non aberrant*, quod eodem redit. Ita Mercurius dicitur εὔσκοπος ab Homero.

vſ. 3. Γονάς] „ Ridicule. De lucerna enim tanquam „ de Deo vel Heroë aliquo loquitur. De illorum enim

„ patur

ARISTOPHANIS
ECCLESIAZUSAE.



PRAXAGORA.

Lucidum jubar (ô fulgens ocule) lychni rota figulina elaborati,
Tenebrosis in locis apprime expetitum! (expetite!)
Originem enim tuam fortunasque exponemus.
Nam primum omnium, ô lychne, rota ductus, figuli labore,
Unoquoque in naso splendidos Solis honores habes, (solem imitaris.)
Da motu tuo signa flammae, quae faventia sint.
Tibi quippe uni jure aperimus nostra consilia, quando
Et in cubiculis nostris, ubi varias rei Venereae schemas
Experimur, tu nobis ades,
Neque quisquam ex aedibus abigit
Oculum tuum implexorum corporum inspectorem.
Solus autem, ô lychne, in intimos usque femorum recessus
Luces, dum pullulantes eugii pilos deustulas:
Tum etiam nobis horrea tritico, Lyaeoque latice
Referta furtim referantibus ades. (enuntias tamen.
Ac in hisce omnibus facinoribus adjutor cum sis, nihil vicinis
Quamobrem conscius eris nostrorum consiliorum,
Quae Sciris mecum ceperunt mulieres amicae meae.

Sed,

„ partu & nativitate signate dici solebat γονάς. Hinc „ Polyzelus Comicus scripsisse legitur. Διονύσου γονάς, „ Μισῶν γονάς, Ἀφροδίτης γονάς teste Suida: Philiscus „ Διὸς γονάς, Παιὼς γονάς, Ἑρμοῦ γονάς, teste eodem: „ Araros filius Aristophanis, Παιὼς γονὰς teste eodem „ Suida & Athenaeo, p. 175. *Kusterus.*"

vs. 5. Μυκλῆρσι] Ita vocat canaliculos prominentes in lucerna in quibus cubant ellychnia. apposite admodum: nam sic λύχνου δίμυξου, τρίμυξου· *duo aut tria habens ellychnia.* Hinc etiam προμύξαι λύχνον, *emungere lychnum.*

vs. 6. Ὅρμα] *Excita flammae signa constituta*, id est, ad quae mulieres constituerunt convenire.

vs. 8. Κἀν τοῖσι] Ita Edd. pristinae; non κἀν τοῖσιν, ut nuper.

Ibid. Ἀφροδίτης τρόπων] Ritus modosque Veneris vel *Figuras*, ut est in Priapeis, *tot figuras, quot Philaenis invenit.* vel etiam aliter Graece μηχανάς. unde τὸ Κυρήνης δωδεκαμήχανον. Vide in Ranis vs. 1362.

vs. 10. Χοιδεμένων] Cum Cl. Kustero & Biseto legendum censeo Δοιδεμένων. Vide Suidam in Δοιδ',

vs. 13. Ἀραὺων τὴν ὑπανθοῦσαν τρίχα] De eadem re Chorus mulierum in Lysistrata vs. 827. ἀλλ' ὅμως οὐκ ἂν ἴδοις καὶ πὺρ ὕσης γραὸς, ὅτ' αὐτὸν κομῆτην, ἀλλ' ἀπεψιλωμένον τῷ ΛΥΧΝΩι. In Thesmophoriazusis vs. 242. podicis etiam pilos ustulat Euripides Mnesilocho: αἴλιφαὸ' ἵν' ἀρεύσω σε, καμπύλας ἔχει —— ὑπνκάτω τις ἔνδοθεν δᾷδ' ἢ ΛΥΧΝΟΝ.

Ibid. Τὴν ὑπανθοῦσαν τρίχα] In Nubibus vs. 974. τοῖς αἰδοίοισι δρόσου καὶ χνοῦς ὥσπερ μήλοισιν ὑπήνθει.

vs. 14. Στοὰς τε καρπᾶ, βακχεῖά τε νάματος πλήρεις ὑπαγώσαισι] De furtis mulierum in Thesmophoriaz. vs. 426. Chorus mulierum: ἃ δ' ἂν ἐμοῖν προτᾶ αὐταῖς ταμιεύσθαι προαιρῶσαις καζεῖν ἄλφιτον, ἔλαιον, οἶνον. mox: προτᾶ μὲν ἓν ἐν, ἀλλ' ὑποῖξαι τὰν θύραν &c.

vs. 17. Συνοίσει] Edd. omnes quas vidi συνοίσει, quod huc non quadrat. συνοίσει scribendum esse Biseto & alii viderunt etiam. Ceterum idem dicit quod Sophocles in Electra vs. 30. τοιγὰρ τὸ μὴν δόξαντα διλώσω.

vs. 18. Σκίροις] Scira est Festum Athenis quoddam. In Thesmoph. vs. 841. Στιλβοῦσι καὶ Σκίροις ἢν τι ταῖς ἄλλαις ἑορταῖς, αἴσπερ ἡμεῖς ἤγομεν.

Ἀλλ' ἐδεμία πάρεσιν, ἃς ἥκειν ἐχρῆν·
Καί τοι τοῖς ὄρθρου γ' ἐστὶν ἥδ' ἐκκλησία.
Αὐτίκα μαλ' ἔσαι καταλαβεῖν ἡμᾶς ἔδρας,
Ἃς Σφυρόμαχός ποτ' εἶπεν, εἰ μέμνηθ' ἕν,
Δεῖ τὰς ἑταίρας καθιζομένας λαθεῖν.
Τί δῆτ' ἂν εἴη; πότερον οὐκ ἐρραμμένους
Ἔχουσι τοὺς πώγωνας, ὥς εἰρητ' ἔχειν·
Ἡ θοιμάπα τ' ἀνδρεῖα κλεψάσαις λαθεῖν
Ἦν χαλεπὸν αὐταῖς. ἀλλ' ὁρῶ τονδὶ λύχνον
Προσιόντα. Φέρε νῦν ἐπαναχωρήσω πάλιν,
Μὴ καί τις ὢν ἀνὴρ ὁ τροσιὼν τυγχάνῃ.

ΓΥΝΗ ΤΙΣ, ΠΡΑΞΑΓΟΡΑ, ΕΤΕΡΑ ΓΥΝΗ, ΑΛΛΗ ΓΥΝΗ.

ΓΥΝ. Ὥρα βαδίζειν· ὡς ὁ κήρυξ δρτίως,
Ἡμᾶν τροσιόντων, δθύτερον κεκόκκυκεν.
ΠΡ. Ἐγὼ δέ γ' ὑμᾶς τροσδοκῶσ' ἐξηγρῶ
Τὴν νύκτα πᾶσαν. ἀλλὰ φέρε τὴ γείτονα
Τὴν δ' ἐκκαλέσωμαι, θρυγνῶσα τὴ θύραν.
Δεῖ γὰ τὴ ἄνδρ' αὐτῆς λαθεῖν. ΕΤ. ΓΥΝ. Ἤκουσά τοι
Ὑποδυμένη τὸ κίσμα σα τὴ δακτύλων,
Ἀτ' ὐ καταδαρθοῦσ'. ὁ γὰ ἀνὴρ, ὦ φιλτάτη,
(Σαλαμίνιος γάρ ἐστι, ᾧ ξυνείμ' ἐγὼ)
Τὴν νύχθ' ὅλην ἤλαυνέ μ' ὀν τοῖς τρώμασιν·
Ὥστ' ἄρα τητὶ θοιμάπου αὐτᾶ λαβεῖν.
Καὶ μὴν ὁρᾶ ὐ Κλειναρέτη, ὐ Σωτράτη
Τροσιοῦσαν ἤδη τηῖδε, ὐ Φιλαινέτη.

ΠΡ.

vs. 19. Ἀλλ' ἐδεμία πάρεσιν] In Lysistrata vs. 4. τῶν δ' ἐδεμία πάρεσιν ἐνταυθοῖ γυνή.

vs. 20. Πρὸς ὄρθρου γ' ἐστὶν ἥδ' ἐκκλησία· —— ἔσαι καταλαβεῖν ἕδρας] Infra vs. 84. ἡ ἐκκλησία —— ἐξ ἕω γενήσεται· —— ὥστε δεῖ σε καταλαβεῖν ἕδρας.

vs. 23. Καθιζομένας λαθεῖν] „Scribendum ἐγκαθιζομένας, ut recte conjecit magnus Scaliger. Sic infra vs. 98. ἂν δ' ἐγκαθιζώμεσθα πρότεραι, λήσομεν." ex Notis Kusteri. Vertendum itaque: *Oportet meretrices, etiam cum in medio sedent, latere.* Nempe ut meretrices inter matronas sedentes saepe fallunt, & pro matronis etiam habentur; ita nos etiam oportet clam inter viros sedere ornatas habitu virili. Alludere autem videtur ad dictum aliquod Sphyromachi illius: aut potius Decretum quoddam ejus aliorsum torquet; ut infra vs. 1085. Canoni Psephisma. Scholiastes monet legi etiam Κλεομαχῶ. aitque Cleomachum fuisse Histrionem Tragicum, & irrisum esse, quia in dramate aliquo inepte quiddam & κακεμφάτως pronunciaverit; forte eo respexerit Comicus. Ut in Ranis vs. 303. ubi de Euripidis Histrione: ἔξεσι δ', ἔσπερ Ἡγήλοχῳ, ἡμῖν λέγειν, ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις αὖ γαλῆν ὁρῶ. quamvis autem Edd. & Scholia consentiant in Σφυρόμαχος, tamen mallem Φυρόμαχῳ.

vs. 24. Τί δῆτ' ἂν εἴη; πότερον οὐκ] Euripides in Rheso vs. 577. τί δῆτ' ἂν εἴη; μῶν λόχος βέβηκέ τις; Ceterum ut hic mulier in concionem itura, ceteras praestolatur, & de causis disputat secum, quae eas domi detineant; ita in Vespis vs. 273. viri eodem ituri, quendam expectantes dicunt: τί ποτ' ὁ πρὸ θυείων φαίνετ' ἄρ' ἡμῖν ὁ γέρων, ὃν ὑπακύει; μῶν ἀπολαλύκασι τὰς ἐμβάδας; ἢ προσίκοφ τῷ σκότῳ τὸν δακτύλον πε;

vs. 25. Τοὺς πώγωνας] Et infra vs. 68.

vs. 31.

Sed, hem, earum nulla, quas veniſſe oportuit, etiamnum adeſt,
Et tamen ad diluculum praeſtituta erat concio:
Statimque ſedes capiendae erunt nobis,
Quas olim Sphyromachus dixit, ſi ſatis meminiſtis,
Oportere cum meretricibus promiſcue ſedere.
Quidnam autem ſit? quid iis evenerit? an non aſſutas
Ori barbas habent, quas ut haberent decretum fuerat?
An vero veſtes virorum ſubducere
Iis difficile fuerit? atat advenientem lucernam
Proſpicio. Age, mihi retro huc concedendum eſt,
Ne forte, qui horſum venit, vir aliquis ſiet.

MULIER QUAEDAM, PRAXAGORA, ALIA MULIER, ALIA MULIER.

MUL. Nunc eundi tempus eſt; praeco enim (Gallus) modo
Nobis domo prodeuntibus altera vice cantavit.
PR. At ego, dum vos opperior, noctem totam
Pervigilo. Verum age, hanc vicinam e proximo
Neceſſe eſt evocem leniter concrepans digitis:
Ei enim clam viro exeundum eſt. AL. MUL. Audivi modo
Pulſatiunculam digitorum tuorum, dum mihi induco calceos;
Quippe quae non dormiebam; ſiquidem vir, ô mea tu,
(Salaminius autem eſt quicum nupta ſum ego)
Tota me nocte usque & usque agitavit in ſtragulis;
Itaque adeo illius veſtem nunc demum capere potui.
Atat video prodeuntem Clinaretam & Soſtratam,
Et una cum iis vicinam hanc Philaenetam.

PR.

vſ. 31. Κεκόκκυκεν] Nempe, ut & Faber autumat, Praeco ille eſt gallus gallinaceus: qui etiam dicitur κοκκυζειν, ut docet Pollux Lib. V. 89.

vſ. 34. Θυζονῶσα] Ita Edd. priſtinae, in Scholiis etiam. Nupera Θρυλανῶσα.

vſ. 36. Τὸ κνίσμα] Quaſi tantum ſcalpſerit fores, ut levis ſonus ederetur; qua in re utitur verbo κνίειν, quae eſt ejusdem originis, in Thesmoph. vſ. 488. ἔτ' ἐκ πόθου μ' ἔκνισεν ἐλθὼν τὴν θύραν. quem locum citavit Cl. Kuſterus, qui pro κνίσμα legere mavult κνῦμα.

vſ. 38. Σαλαμίνι-] Hoc praemittit, quia verbum ἐλαύνειν inferet, quod de *agitatione navium* uſurpatur. Erant autem Salaminii inſulani, ac proinde ſaepe navigabant. Niſi potius vult dicere remigem navis Salaminiae; quos inprimis oportebat ſtrenue remos ducere: nam navis illa, ut & ſocia ejus Paralos, erant μάλιστα ταχυναυτοῦσαι. Scholia: δύναται δὲ καὶ ἀπὸ τῆς Σαλαμινίας πλοῖ πλεῖσθαι τὸ Σαλαμίνι-.

vſ. 39. Ἠλανέ μι] Tanquam de nave, ſed ſimul aliud ſignificatur. Ut in oraculo de Adonide, quod Plato Comicus ejus Patri reddidum dixit, in dramate cognomini, referente Athenaeo X. p. 456. Ὦ Κινύρα βασιλεῦ Κυπρίων ἀνδρῶν δασυπρίκλων, Παῖς σοι καλλιστο- μὲν ἔφυ θαυμαστότατός τε Πάντων ἀνθρώπων, δύο δ' αὐτὸν δαίμονε ἔχετον. Ἡ μὲν ἐλαυνομένην λαβρίοις ἐρετμοῖς, ὁ δ' ἐλαύνων· *O Cinyra Rex Cypriorum birſutorum, Filius tibi natus eſt admirandae formae, pulcherrimusque Omnium hominum: hunc Deus & dea cepernnt: iſta agitatur ocultis remis, ille agitat.* Intelligitur autem Bacchus & Venus, qui ambo Adonidem amarunt.

ΠΡ. Οὐκοῦν ἐπείξεσθ', ὡς Γλύκη κατώμοσε
Τὴν ὑραίτιν ἥκουσαν οἵνῳ τρεῖς χοᾶς
Ἡμῖν ἀποπίσειν, καἰρεβίνθων χοίνικα.
Τὴν Σμικυθίωνος οὐχ ὁρᾶς Μελιτίχου
Σπουδάσασαν ἐν ταῖς ἐμβάσιν; καί μοι δοκεῖ
Καθ' ὁλοὴν ὠδὶ τ' ἀνδρὸς ἐξελθεῖν μίνη.
ΓΥΝ. Τὴν δ' καπήλου δ' οὐχ ὁρᾶς Γθυσιφράτου,
Ἔχουσαν ἐν τῇ δεξιᾷ τ' λαμπάδα;
Καὶ τ' Φιλοδωρίτου τε τ' Χαριτάδου;
ΠΡ. Ὁρῶ πεφυσιγμένας χ' ἁτέρας πολλὰς πάνυ
Γυναῖκας, ὅτι δρ' ἦσ' ὄφελον ἐν τῇ πόλει.
ΑΛΛ. ΓΥΝ. Καὶ πάνυ ταλαιπώρως ἔγωγ', ὦ φιλτάτη,
Ἐκδρᾶσα παρέδυν. ὁ γὰρ ἀνὴρ τ' νύχθ ὅλην
Ἐβήδε, τειχίδων ἐσπέρας ἐμπλησμένος.
ΠΡ. Κάθησθε τοίνυν, ὡς ἀνείρωμαι τάδε
Ὑμᾶς, ἐπειδὴ συλλελεγμένας ὁρῶ,
Ὅσα Σκίροις ἔδοξεν, εἰ δεδραμένα.
ΓΥΝ. Ἔγωγε· πρῶτον μήν γ' ἔγω τὰς μαχάλας
Λόχμης δασυτέρας, καθάπερ ἦν ξυγκείμενον.
Ἔπειθ' ὁπότ' ἀνὴρ εἰς ἀγορὰν οἴχοιτό μου,
Ἀλειψαμένη τὸ σῶμ' ὅλον δι' ἡμέρας,
Ἐχλιανόμην ἑστῶσα πρὸς τ' ἥλιον.
ΕΤ. ΓΥΝ. Κἄγωγε τ' ξυρὸν δέ γ' ἐκ τ' οἰκίας
Ἐρρίψα πρωΐτον, ἵνα δασυνθείην ὅλη,
Καὶ μηδὲν εἶην ἔθ γυναικὶ προσφερής.
ΠΡ. Ἔχετε δὲ τὰς πώγωνας, ἃς εἶπτ' ἔχειν
Πᾶσαισιν ἡμῖν, ὁπότε συλλεγοίμεθα;
ΓΥΝ. Νὴ τ' Ἑκάτην καλὸν ἔγωγε τυτονί.
ΕΤ. ΓΥΝ. Κἄγωγ' Ἐπικράτους οὐκ ὀλίγῳ καλλίονα.
ΠΡ. Ὑμεῖς δὲ τί φατέ; ΓΥΝ. Φασὶ, κατανθύσαι γῆν.
ΠΡ. Καὶ μὴν τά γ' ἄλλ' ὑμῖν ὁρῶ πεπραγμένα·

Λακω-

„ vſ. 44. Οἵνῳ] Facete admodum. Hinc intelligi vult „ Comicus merobibas & multibibas eſſe mulieres; ſed „ cum ἐρεβίνθων addit, ſalaces eſſe innuit. ἐρέβινθος „ enim, *cicer*, vox eſt flagitioſa; *aidoîon* ſcilicet: cu- „ jus ſignificationis apud hunc noſtrum plura ſunt ve- „ ſtigia. Ait enim in Βατράχοις vſ. 546. ἐγὼ δὲ πρὸς „ τοῦτον βλέπων τὸ ῥεβίνθιον ἐρεθίσμην. ad quem locum „ τὸ ῥεβίνθιον, inquit interpres, τὸ αἰδοῖον. *In Acharnenſi- „ bus* autem, cum puellulam, quam pro porcula ven- „ debat, alloquitur, eam his verbis interrogat: Δ. „ τράγοις ἂν ἐρεβίνθους; Κ. κἆτ, κόι. Scholia: ἔπαιξε πρὸς „ τὸ αἰδοῖον τῆς ἀνδρὸς ἐπεὶ καὶ ἐρέβινθον αὐτὸ καλοῦσι. Hu- „ jus autem ſignificationis ratio ex eo petenda vide- „ tur, quod ἐρέβινθος ſit ἐπιχαρτικὸς πρὸς τὰ ἀφροδίσια. „ Deinde in ἐρέβινθος eſt aliquid ad ἐρᾶν & ἔρευν, quod „ etſi novum aſſero, placebit tamen; & Comici geniſ „ eſt." *Faber.*

vſ. 46. Τὴν Σμικυθίωνος] Scholia: Λείπει, γυναῖκα.

vſ. 53. Ὅτι περ ἦς' ἐφέλον] Bene reddidit Faber; poteſt etiam: *Quae ſunt alicujus momenti.* Lucianus in *Herodoto* ſub finem: αὐτοί τε ἤδη συνελήλυθατε ὅ, τε περ ἐφέλον ἐξ ἑκάστης πόλεως. ubi interpres non male: *Vos itaque convenistis ex ſingulis civitatibus praeſtantiſſimi quique.* Quem locum citavit Cl. Kuſterus, & alia plura.

Idem

PR. Ecquid festinabitis vos? Sancte enim dejeravit Glyce,
Quae omnium postrema venerit, eam tribus vini
Congiis multatum iri, necnon cicerum semodio.
Euge, an non Melistichen vides illam Smicythionis conjugem,
In virilibus soleis festinantem? ea quidem una
Mihi videtur a viro exisse otiose.
MUL. Quid autem, nonne & Capeli (al. cauponis) uxorem Geusistratam
Vides dextra manu lampada tenentem,
Praetereaque Philodoriti & Charetadae sponsam?
PR. Plane video horsum tendentes: sed & cum iis longe plures,
Quantumcumque scilicet mulierum in hac urbe est, quae alicui rei sunt.
AL. MUL. Ego tandem non sine labore, ô dilectae,
Domo me proripiens huc me ad vos penetravi. Vir enim meus
Totam noctem misere tussiit, trichiis heri in coena offertus.
PR. Sedete igitur, ut vos, quando huc omnes convenisse
Video, de iis interrogem, quae in Sciris decreta sunt,
Quo sciam ea feceritis nec ne.
MUL. Ego sane: nam primum omnium, alas habeo & pilos
Hirsutiores & densiores fruticeto, itidem ut convenerat.
Tum vero, quandoque vir ad forum sese conferret,
Totum corpus perungens,
Stans ad solem calefiebam, donec oleum cutis combiberet.
AL. MUL. Ego autem novaculam domo ejeci
Statim a proxima concione, tota ut pilosa fierem,
Neque quidquam mihi cum muliere simile esset.
PR. Habetis vero barbas, quas habendas esse
Cum conveniremus decretum fuerat?
MUL. Per Hecaten, hanc ego pulcram nacta sum.
AL. MUL. Ego itidem unam, sed pulcriorem multo quam Epicratis barba est.
PR. Vos autem quid aitis? MUL. Habere se ajunt, aut saltem annuunt.
PR. Et quidem cetera a vobis, ut video, factitata sunt;

Laco-

Idem Lucianus in Timone: Χαῖρε, ὦ Τίμων, τὸ μέγα φρούριον τῆ γένει, τὸ ἔρεισμα τῶν Ἀθηναίων, πρόβλημα τῆς Ἑλλάδος· *Salve Timo, praecipuum tui generis praesidium, fulcimentum Atheniensium, propugnaculum Graeciae.*

vs. 71. Ἐπικράτης] Scholia: ἀντὶ τοῦ εἰς δασύτητα καμωδεῖται. ἦν δὲ ῥήτωρ καὶ δημαγωγός. ἀντὶ μεγάλην πώγωνα ἔχων ἐπεκαλεῖτο Σακεσφόρος. καὶ Πλάτων ὁ Κωμικός φησιν· Ἀναξ ὑπέρεις Ἐπίκρατες Σακεσφόρε· *Ipse a Comicis ridetur tanquam hirsutus. Erat autem Rhetor & Demagogus, sive tribunus. Hic quia magnam habebat barbam cognominabatur, σακεσφόρος· & Plato Comicus dicit: Ἀναξ &c. O Rex barbae Epicrates scutiger.* Ita vocatur etiam ab Aristippo in Epistola, quae est inter Socraticas 13. cum inquit: καὶ τῶν τὰ κοινὰ πρασσόντων Ἐπικράτεα τὸν Σακεσφόρον· *Et ex iis, qui remp. administrant, Epicratem illum Sacesphorum.* Alias σακεσφόρος cognominatur Ajax a Sophocle in cognomini dramate vs. 19. quia prae ceteris Heroibus magnitudine insignem gerebat clypeum. Scite autem transfertur; nam cum σάκος, σάκους, sit *clypeus*, σάκκος, σάκκου, i. e. *saccus*, accipitur quandoque pro *barba*; ut apud Nostrum infra vs. 501. σάκκοι πρὸς ταῖν γνάθοιν. unde σακεσφόρος dicitur pro σακοφόρος· quod idem est ac σακκοχειροτρόφος. de quo vs. 501.

Λακωνικὰς γὼ ἔχετε, ᾗ βακληείας,
Καὶ θοιμάτια τἀνδρεῖα, καθάπερ εἴπομεν.
ΓΥΝ. Ἐγωγέ τοι τὸ σκύταλον ἐξηνεγκάμην,
Τὸ τῆ Λαμίᾳ τητὶ καθιζόλῃ λάθρᾳ.
ΠΡ. Τῆτ' ἐς' ἐκεῖνο τῶ σκυτάλων, ὧν πέρδε;
Νὴ τὴ Δία τὴ Σωτῆρ', ὀπιτήδειός γ' ἂν ἦν,
Τὼ τῆ πανόπλῳ διφθέραν σημμένῳ,
Εἴπερ τις ἄλλῳ βυκολεῖν τὴ δήμιον.
ΓΥΝ. Λέγειθ' ὅπως ᾗ ταὐτὶ τούτοις δράσομεν,
Ἕως ἔτ' ἐστὶν ἄφρα χῆ τὴ ὑρανόν·
Ἡ ἐκκλησία δ', εἰς ἣν παρεσκευάσμεθα
Ἡμεῖς βαδίζειν, ἐξ ἕω γενήσεται.
ΠΡ. Νὴ τὴ Δί' ὥστε δεῖ σε καταλαβεῖν ἕδρας
Ὑπὸ τᾧ λίθῳ τῆ Πρυτάνεων κατ' ἀντικρύ.
ΑΛΛ. ΓΥΝ. Ταυτὶ γέ τοι νὴ τὴ Δί' ἐφερόμην, ἵνα
Πλησμένης ξαίνοιμι τὴ ἐκκλησίας.
ΠΡ. Πλησμένης τάλαινα; ΓΥΝ. Νὴ τὴ Ἄρτεμιν
Ἔγωγε. τί γὼ ἂν χεῖρον ἀκροώμην ἄρα
Ξαίνουσα; γυμνὰ δ' ἐστί μου τὰ παιδία.
ΠΡ. Ἰδού γέ σε ξαίνουσαν, ἣν τῆ στόμαι
Οὐδὲν ὠφαφῆναι τοῖς καθημένοις ἔδει.
Οὐκοῦν καλά γ' ἂν πάθοιμεν, εἰ πλήρης τύχοι
Ὁ δῆμος ὢν· καὖπειθ' ὑφβαίνουσά τις
Ἀναβαλλομένη δείξειε τὴ Φορμίσιον.
Ἢν δ' ἐγκαθιζώμεσθα ταχέως, λήσομεν
Ξυστειλάμεναι θοιμάτια, τὴ πώγωνά τε
Ὅταν καθῶμεν, ὃν ταχιδησόμεσθ' ἐκεῖ·
Τίς οὐκ ἂν ἡμᾶς ἄνδρας ἡγήσαιτ' ὁρῶν;
Ἀγύρριός γ' ἂν τὴ Προνόμου πώγων' ἔχων
Ἐλήλυθ'· καί τοι ταχέως ἦν ὅτος γυνή.

Νυνὶ

vſ. 77. Τὸ τῆ Λαμίᾳ] Lamia fuit foemina, & Lamias Vir, carceris cuſtos: ut ait Scholiaſtes. In maſculino genere dicit Lamiam, & alludit ad locum Pherecratis, qui de Lamia foemina: ὅτι σκύταλον ἔχουσα ἐπέρδετο. ut eſt apud Scholiaſtem, cujus verba adduxi in Veſpis vſ. 1177. ad haec verba ἡ Λαμί' αὐτὸ ἐπέρδετο.

vſ. 80. Τὰ πανόπλια] Aeſchylus in Supplicibus vſ. 310. πῶν πανόπλων οἰοβοτόλον λέγεις; reſpondetur: Ἄργον, τὸν Ἑρμοῦ παῖδα φῶς κατακτανεῖν· *Quemnam bubulcum omnia — cornutum dicis? Argum, quem Mercurius terrae Filium interfecit.*

vſ. 81. Βυκολεῖν] *Cuſtodire.* Quia Argus cuſtos pecoris, Lamias cuſtos carceris, ut Scholiaſtes hic etiam dicit, ut vſ. 77.

Ibid. Τὸν δήμιον] Videtur omnino nomen proprium eſſe debere hominis alicujus in carcerem conjecti, aut potius digni, qui eo conjiciatur, ad quem cuſtodiendum aptus ſit Lamias cum ſuo ſcipione. Sed quia tam mali ominis nomina non ſunt uſitata; quis enim filio ſuo imponeret nomen Δήμιος, quod *carnifícem* ſignificat? putarem pro δήμιον ſcribendum eſſe Δημέαν· Hanc conjecturam non poſſum aliunde confirmare, niſi quod videatur ad hujus Demeae opificium reſpexiſſe, cum Lamiae, quem cuſtodiendo Demeae aptum dicit, tribuit διφθέραν· nam Demeam Collytenſem, victum ſibi quaeſiviſſe ἀπὸ χλαμυδουργίας dicit Xenophon II. Apomn.

vſ. 85. Ἐξ ἕω] Supra vſ. 20. πρὸς ὄρθρον γ' ἐστὶν ἢ δ' ἐκκλησία. In Acharn. vſ. 19. ὅσοις κυρίας ἐκκλησίας ἐσθιετῶς.

vſ. 87.

Laconicos enim calceos habetis, & scipiones,
Vestesque viriles, prout a nobis praeceptum fuerat.
Mul. Ego quidem clam hunc Lamii dormientis
Baculum domo mecum attuli.
Pr. Hic sane ex iis baculis est, quibus ferendis peditur.
Per Jovem Servatorem aptus esset, si quis alius,
Panoptae (Argi) renone excultus
Carnificem miris modis decipere.
Mul. Dicite quaeso quî tandem ea, quae post haec agenda sunt, faciemus;
Dum adhuc astra in coelo apparent?
Conventus enim, ad quem nos accinximus,
Statim ab aurora inchoabitur.
Pr. Sane per Jovem. Itaque capere te sedem oportet
Ex adverso tribunalis, in quo Prytanes sedent.
Al. Mul. Haec quidem ego mecum attuli, ut
Interea dum conveniet concilium, possim carminare.
Pr. Possis carminare, misera? Mul. Ita sane per Dianam.
Quo enim pejor mea fama feretur,
Si carminem? nudi autem mihi sunt pueri domi.
Pr. Ecce autem carminantem; quam quidem nullum corporis membrum
Oportebat ostendere spectatoribus.
Res vero bella & nimis jocosa nobis accideret,
Si frequens populus foret, tum vero ascendens nostrum quaepiam
Rejecta veste eugium ostenderet.
Sin priores sederimus, ignorabimur (latebimus)
Collectis vestibus, promissaque barba,
Quam illic ori nostro circumligabimus:
Quis, amabo, nos videns, non reputaverit viros?
Nam & Agyrrius Pronomi barbam habens
Latuit (nec cognitus est;) atqui prius mulier erat.

Nunc

vs. 87. Λίθῳ.] In Pace vs. 679. ὅστις κρατεῖ τῶν τὲ λίθων τὲ 'ν τῇ πνυκὶ

vs. 95. Πλήρης ὁ δῆμος.] Euripides in Andromacha vs. 1097. Ἀχαιοὶ τ' ἠθροίσθησαν, *Magistratusque congregabantur.* Idem in Iphigenia Taurica vs. 306. Πολλοὶ δ' ἠθροίσθημεν ἐν μικρῷ χρόνῳ· *Plures convenimus exiguo tempore.*

vs. 97. Φορμίσιον.] Quia Phormisius erat hirsutus & pilosus, ut Scholiastes hic dicit, & ad Ranas vs. 996. ideo ejus iconismo usus est Poëta, ut & eugium significaret. Eugium autem ea pars, qua mulieres maxime sunt mulieres. Ex Notis Fabri.

vs. 102. Ἀγύρριος.] Hunc Scholiastes dicit effoeminatum & molliem fuisse. Mentio ejus in Pluto vs. 176. Pronomum autem dicit bene barbatum fuisse.

vs. 103. Πρότερον δ' ἦν ἀνὴρ γυνή.] Eadem ratione Vir vocatur foemina apud Aeschinem contra Timarchum: ἐκκλησίας ὄσης, εἶπεν, ἄνδρες, ὦ Ἀθηναῖοι, κλέπτουσιν ὑμῶν κοινῇ ἀνὴρ καὶ γυνὴ χιλίας δραχμάς. Θαυμαστῶς δὲ ὑμῶν, πῶς ἀνὴρ καὶ γυνὴ, καὶ τίς ὁ λόγος, εἶπε μικρὸν διαλιπών· ἀγνοεῖτε, ἔφη, ὃ, τι λέγω; ὁ μὲν ἀνὴρ ἐστιν Ηγήσανδρος ἐκεῖνος γυνὴ, ἔφη. ΠΡΟΤΕΡΟΝ δ' ἦν καὶ αὐτὸς Λακεδαιμονίου ΓΥΝΗ. ἡ δὲ γυνὴ Τίμαρχος· *In concione surrexit ac dixit: Athenienses, vobis communiter depeculantur mille drachmas vir & foemina. Miranter autem vobis, quomodo Vir & Foemina? & quid ea tibus autem vobis, quomodo Vir & Foemina? & quid ea fibi vellet oratio; dicebat, cum paulum cessasset: ignoratis fibi vellet oratio; dicebat, cum paulum cessasset: ignoratis quid dicam? Vir ille est Hegesander iste nunc; prius autem & ipsa foemina fuit Lacedaemonii; foemina autem illa est Timarchus iste.*

Νεωὶ δ', ὁρᾷς, πράτθῃ τὰ μέγιστ' ὀν τῇ πόλῃ.
Τάττω γέ τοι, νὴ τὴν Ἀφροδίτην ἡμέραν,
Τόλμημα τολμῶμεν τοσοῦτον γ' ἕνεκα,
Ἢν πως ξυλαβεῖν τὴν πόλεως τὰ πράγματα
Δυνώμεθ'; ὅστ' ἀγαθόν τι πρᾶξαι τὴν πόλιν.
Νεωὶ μὰ γὼ ἤν τε θέωμεν, ὑπ' ἐλαύνομεν.
ΓΥΝ. Καὶ πῶς γυναικῶν θηλύφρων ἐξουσία
Δημηγορήσῃ; ΠΡ. Πολὺ μὰ ὧν ἄειρά πω.
Λέγουσι γὼ τὴν νεανίσκων ὅσοι
Πλείστα σποδοῦσ'), δεινοτάτους εἶναι λέγειν.
Ἡμῖν δ' ὑπάρχει τοῦτο κἀκ τύχην τινά.
ΓΥΝ. Οὐκ οἶδα· δεινὸν δ' ἐστὶν ἡ μὴ 'μπειρία.
ΠΡ. Οὐκοῦν ὁπόσοις ξυνελέγημεν ἐνθάδε,
Ὅπως προμελετήσομεν, ἃ χρὴ δεῖ λέγειν.
Οὐκ ἂν φθάνοις τὸ γένειον ἂν ῥᾳδιουμένη,
Ἄλλᾳ θ' ὅσᾳ λαλεῖν μεμελετήκασί πω.
ΓΥΝ. Τίς δ', ὦ μέλ', ἡμῶν ὑ λαλεῖν ὀπίζαι);
ΠΡ. Ἴθι δὴ σὺ ῥᾴδιε, ὑ ταχέως ἀνὴρ γενοῦ.
Ἐγὼ δὲ θεῖσα τὰς κεφαίας ῥᾳδιήσομαι,
Κ'αυτὴ μεθ' ὑμῶν, ἵν' τι μοι δόξῃ λέγειν.
ΓΥΝ. Δεῦρ', ὦ γλυκυπάτη Πραξαγόρα, σκέψαι τάλαν,
Ὡς ὑ καταγέλαστον τὸ πρᾶγμα φαίνεται.
ΠΡ. Πῶς καταγέλαστον; ΓΥΝ. Ὥσθ' εἴ τις σκιάς
Πώγωνα ῥᾳδιήσειεν ἐσαθμιδύας.
ΠΡ. Ὁ Περικιαδχῆς, ῥᾳδιφέρειν χρὴ τὴν γαλῆν.
Πάρει τ' ἐς τὸ πρόσθεν. Ἀείρασθες παῦσαι λαλῶν·
Κάθιζε παιών. Τίς ἀγορεύειν βούλεται);
ΓΥΝ. Ἐγώ. ΠΡ. Περίθου δὴ τὸ κέφαλον τύχῃ ἀγαθῇ.

ΓΥΝ.

vſ. 104. Πράττει τὰ μέγιστα] In Avibus vſ. 800. εἶτ' ἐξ ἐθνῶς μεγάλα πράττει. qui locus, ſi & antecedentia ſpectes, ſimilis eſt huic.

vſ. 105. Τάττω γέ τοι] Scholia recte: ὑπερβατόν. καὶ τὸ ἐξῆς· τάττω γέ τοι ἕνεκα τοσοῦτον τόλμημα τολμῶμεν νὴ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν, ἵν πως παραλαβεῖν. Nempe hyperbaton eſt, & ille ordo conſtructionis. Itaque vertendum: *Propterea tantum facinus* &c.

vſ. 106. Τοσοῦτον] Legendum omnino τοσοῦτον, ut in Scholiis.

vſ. 109. Οὔτ' ἐθέλειν ὑπ' ἐλαύνομεν] Alludit ad Proverbium: ἂν ἀργύριον ᾖ, πάντα θεῖ κ' ἐλαύνεται· *Si pecunia adſit, omnia ventis remisque ferantur.* Meminit Scholiaſtes, & Suidas in Θεῖ. Occurrit apud Ariſtaenetum Epiſt. 14. Lib. I. — ubi meretrix avara adoleſcenti: ἀλλ' ἐὰν ἀργύριον ᾖ, πάντα θεῖ κ' ἐλαύνεται. ubi vide Mercerum.

vſ. 112. Λέγουσι γάρ] Huc pertinet illud in Equitibus vſ. 874. ὦ ἐσθ' ὅπως ἐκείνους (τοὺς κινεμένους) ἐχὶ φθονῶν ἔπαυσας, ἵνα μὴ ῥήτορες γένωνται.

vſ. 115. Ἡ μὴ 'μπειρία] Pro ἡ ἐμὴ ἐμπειρία· *mea experientia.*

vſ. 120. Οὐ λαλεῖν ἐπίζαται;] „ Apud Plautum: *Nam* „ *multum loquaces merito omnes habemur. Nec mutam* „ *profecto reperiam ullam eſſe Hodie dicunt mulierem.* Item: „ *Largiloquae extemplo ſumus, plus loquimur quam ſat* „ *eſt.*" Ex Notis Fabri.

vſ. 126. Σκιάς] Scholia: σκιά, εἶδος ἰχθύος. ἀπρόσλογος δὲ ἡ ὁμοιότης. *Sepia eſt genus piſcis· Eſt autem haec aſſimilatio abſurda & a ratione abhorrens.* Talis eſt & illa in Veſpis vſ. 1307. ἰσοκιάς, ὦ πρεσβῦτα, πεπλέγμεθα τινί. Nempe talibus etiam riſus captatur.

Ibid. & ſeq. Σκιάς — ἐσαθμιδύας] In Acharnenſibus vſ. 1040. τὰς σκιὰς σαθράς.

vſ. 128. Ὁ περικιαδχῆς] Nom. pro vocativo.

Ibid. Περιφέρειν χρὴ τὴν γαλῆν] Alias ad luſtrationem comitii

Nunc autem, ut vides, maxima quaeque in civitate gerit.
Hujus igitur facinus, per diem craſtinum obſecro,
Faciamus, ob hoc tantum,
Si qua ſcilicet ratione urbis adminiſtrationem capere
Poſſimus, quo boni quidpiam in eam conferamus.
Nunc enim neque pedibus, neque navibus currimus.
MUL. At quaeſo tandem, quo fiet modo ut feminarum facultas
Concionari poſſit? PR. Sane vero nil facilius.
Quippe vulgo dictitant, eos ex adoleſcentibus, qui
Plurimum ſubiguntur, dicendi peritiſſimos eſſe.
Id autem nobis per fortem fortunam non deeſt.
MUL. Neſcio ego. Gravis autem res eſt inexperientia.
PR. Inde eſt quod huc conſulto convenimus,
Ut ante meditemur quae nobis illic, (in concione) dicenda erunt.
Age autem, nonne ſtatim barbam tibi circumligabis,
Tuque & ceterae omnes, quae dicere meditatae ſunt?
MUL. Quaenam autem, ô miſera, noſtrum omnium loqui neſcit?
PR. Abi igitur, barbam tibi praeliga, citoque vir fias.
Ego autem ipſa coronas ponens coronabor
Vobiſcum, ſi forte quid dicere mihi videbitur neceſſe.
MUL. Age, ô dulciſſima Praxagora, aſpice, ſodes,
Quam ridicula res videatur?
PR. Quî autem ridicula? MUL. Veluti ſi ſepiis
Aſſatis barbam quis circumligaret.
PR. Heus luſtrator, muſtelam circumfer:
Prodi in medium. Ariphrades ſile:
Sedem cape, huc veniens. Quaenam concionari vult?
MUL. Ego. PR. Impone igitur capiti coronam, quod fauſtum & felix ſit.

MUL.

comitii adhibebatur χοιρίδιον, *porcellus*, & dicebatur καθάρσιον. de quo Pollux VIII. 104. unde χοιρίδιον περιέρειν idem eſt quod καθάρσιον περιφέρειν. Aeſchines in Timarchum, cujus locum plenius deſcribam propter illa, quae mox apud Comicum ſequuntur: ἐπειδὴ τὸ καθάρσιον περιειχθῇ, καὶ ὁ κῆρυξ τὰς πατρίους εὐχὰς εὔξηται· προχειροτονεῖν κελεύει τὸς πρεσβύτας περὶ ἱερῶν τῶν πατρίων, καὶ κηρύκων, καὶ πρεσβέων, καὶ ὁσίων. καὶ μετὰ ταῦτα ἐπερωτᾷ ὁ κῆρυξ. ΤΙΣ ΑΓΟΡΕΥΕΙΝ ΒΟΥΛΕΤΑΙ τῶν ὑπὲρ πεντήκοντα ἔτη γεγενότων· *Ubi luſtralia circumgeſtata fuerint, & Praeco patrias preces peregerit: in primis decernere jubet (Lex) Praeſides de Patriis Sacris, de Praeconibus, de Legatis &c. Deinde rogat Praeco: quis eorum, qui annum aetatis quinquageſimum exceſſerint, verba facere velit.* Illud καθάρσιον a Comico noſtro alibi dicitur κάθαρμα· locum adducam Nota ſeq.

vſ. 129. Πάρει' ἐς τὸ πρόσθιν] In Acharnenſibus vſ. 43. ubi etiam idea concionis exhibetur, dicit Praeco: πάρει' ἐς τὸ πρόσθιν, πάριθ', ὡς ἂν ἐντὸς ὦτε τῶ καθάρματος.

Ibid. Ἀριφράδες παῦσαι λαλῶν] Quaſi mulieribus ſit immiſſus, garriatque plus quam illae, quae tamen valde ſunt loquaces. Solebat autem iſte ἐς τὰ πορισθέντα ἱερεῖα ἑκάστοτε λέγειν τὴν ἀνόσιον ἀρᾶν, ut Comicus de eo loquitur partim Veſpis vſ. 1281. partim in Equitibus vſ. 1280. Ceterum παῦσαι λαλῶν, κάθιζε. ut alias in Concione: σίγα, κάθιζε. in Acharn. vſ. 123.

vſ. 130 & 131. Τίς ἀγορεύειν βούλεται; ἐγώ. πέριθε] In Theſmophoriazuſis etiam Praeco ſolenni formula; vſ. 386. τίς ἀγορεύειν βούλεται; deinde altera ἐγώ. Praeco: περίθε νυν τόνδε πρὶν λέγειν. utrobique Coronam jubetur ſumere illa, quae eſt verba factura. de Formula illa praeconum vide paulo ante ad vſ. 128.

ΓΥΝ. Ἰδού. ΠΡ. Λέγοις ἄν. ΓΥΝ. Εἶτα πρὶν πιεῖν λέγω;
ΠΡ. Ἰδὲ πιεῖν. ΓΥΝ. Τί γάρ, ὦ μέλ', ἐστεφανωσάμην;
ΠΡ. Ἀπῆν' ἐκποδών· τοιαῦτ' ἂν ἡμᾶς εἰργάσω
Ἐκεῖ. ΓΥΝ. Τί δ' ὑπίνοσι καὶν τῇ ἐκκλησίᾳ;
ΠΡ. Ἰδού γε σοι πίνουσι. ΓΥΝ. Νὴ τὴν Ἄρτεμιν·
Καὶ ταυτά γ' ὄζωρον. τὰ γὰρ βελβύματα
Αὐτῶν, ὅσ' ἂν παράξωσιν ἐθυμυμβόις,
Ὥσπερ μεθυόντων ἐστὶ πλημμέλεια.
Καὶ νὴ Δία σπένδουσί γ'. ἢ πίνειν χάειν
Τοσαυτά γ' ὄντ', εἴπερ οἶνον μὴ παρῆν;
Καὶ λοιδοροῦνταί γ', ὥσπερ ἐμπεπωκότες·
Καὶ τὰ παροινοῦντ' ἐκφέρουσ' οἱ τοξόται.
ΠΡ. Σὺ μὲν βάδιζε, κἀκκάθιζ'· ὑδὲν γὰρ εἶ.
ΓΥΝ. Νὴ τὸν Δί', ἤ μοι μὴ γενειᾶν κρεῖττον ἦν·
Δίψῃ γὰρ ὡς ἔοικεν ἀφαυανθήσομαι.
ΠΡ. Ἔα' ἵπτις ἑτέρα βύλεται λέγειν; ΕΤ. Ἐγώ.
ΠΡ. Ἴθι δὴ τεφανοῦ, κἀγὼ τὸ λῆμ' ἐργάζομαι.
Ἄγε νῦν ὅπως ἀνδρικὰ καλῶς ἐρεῖς,
Διερεισμένη τὸ σχῆμα τῇ βακτηρίᾳ.
ΓΥΝ. Ἐβουλόμην μὲν ἕτερον ἂν τῶν ἠθάδων
Λέγειν τὰ βέλτιθ', ἵν' ἐκαθήμην ἥσυχος.
Νῦν δ' οὐκ ἐάσω, καθ' ἑμὲ τὴν ἐμὴν μίαν,
Ἐν τοῖσι καπηλείοισι λάκκους ἐμποιεῖν
Ὕδατος. ἐμοὶ μὲν γὰρ δοκεῖ, μὰ τὼ θεώ.
ΠΡ. Μὰ τὼ θεώ; παλαινα, πῦ τὸ νοῦν ἔχεις;
ΓΥΝ. Τί δ' ἐστίν; οὐ γὰρ δὴ πιεῖν ᾔτησά σε.
ΠΡ. Μὰ Δί' ἀλλ' ἀνὴρ ὢν τὼ θεὼ κατώμοσας,
Καί τοι τά γ' ἄλλ' εἰπεῖσα δεξιώταθ'.
ΓΥΝ. Ὦ νὴ τὸν Ἀπόλλω. ΠΡ. Παῦε τοίνυν, ὡς ἐγὼ
Ἐκκλησιάζουσ' οὐκ ἂν ὀρθαίμην τὸ πόδε

Τὸν

νſ. 132. Εἶτα πρὶν πιεῖν λέγω] Ὦ θερμόταται γυναῖκες, ὧν ποτίζεται, κἀκ παιτὸς ὑμῖς μηχανώμεναι πιεῖν. inquit in Thesmoph. vſ. 745.

vſ. 133. Τί γάρ, ὦ μέλ', ἐστεφανωσάμην] Veteres coronati potabant, ut ſatis notum.

vſ. 139. Μεθυόντων] Ita Juntina. Caeterae μεθύοντ'.

vſ. 142. Ἐμπεπωκότες] Ita Editio Farrei. quaedam Editt. male ἐκπεπωκότες.

vſ. 143. Καὶ τὰ παροινοῦντ' ἐκφέρουσ' οἱ τοξόται] Nempe ut in conviviis; Ariſtophontis Comici paraſitus apud Athenaeum p. 238. dicit: Ἂν τις ἐρῶν, πάρειμι πιὼν τος· ὡς πάλαι ἤδη Χαρὸς καλεῖται. δεῖ τιν' ἄρασθαι ΜΕΣΟΝ Τῶν ΠΑΡΟΙΝΟΥΝΤΩΝ; παλαιὸν νόμισμα αὐταρχιῶν μ' ἐρᾷν· Convivium ſi quis exhibet, adſum primus; itaque jamdudum vocor juſculum. Oportet medium tollere aliquem temulentum, & foras efferre? Putato te luſtratorem videre purum putum Argivum. Ita etiam in Concionibus; infra vſ. 258. ἢν σε τοξόται ἕλκωσιν ὁ, τι δράσεις ποτέ; reſpondetur: ἐξαγκωνῶ ὠδί· ΜΕΣΗ γὰρ ὑδέποτε λυθήσομαι.

vſ. 144. Οὐδὲν γὰρ εἶ] Euripides in Hercule Furente vſ. 634. Φιλοῦσι παῖδας οἵ τ' ὀμείνους βροτῶν, Οἵ τ' ὄντες ὄντες· Amant liberos, & praeſtantiſſimi mortalium, & illi qui nihil ſunt. in Iphigenia Taurica vſ. 115. — τὰς πόνους γὰρ οἱ γαθοὶ τελμῶσι· δειλοὶ δ' εἰσὶν ὐδὲν ὐδαμᾶ· Laborem enim viri fortes tolerant, ignavi autem ſunt nihili, & in nullo numero. Iſtud ὐδαμᾶ ita uſurpavit etiam in Herc. F. vſ. 840. ἢ θεοὶ μὲν ὐδαμᾶ, τὰ θνητὰ δ' ἴσαι μεγάλα

MUL. Maxime. PR. Verba facito. MUL. Quid autem? ſiccine ut dicam,
priusquam bibam?
PR. Ecce autem, bibam. MUL. Quid igitur opus fuerat coronam ſumere?
PR. Apage te a me. Talia fortaſſe nobis feciſſes
Illic (in concione.) MUL. Sed enim, nonne & viri in concilio bibunt?
PR. En iterum, bibunt. MUL. Sane per Dianam;
Et quidem meracius. Unde & decreta
Quaecumque faciunt, inſpicientibus & attente conſiderantibus,
Inſana videntur & dementia, velut ebriorum hominum cogitationes.
Quin etiam, per Jovem, libant: ſin minus, cujus rei gratia
Ita diis ſupplicarent, vinum niſi adeſſet?
Praeterea convitiantur inter ſeſe, quaſi bene appoti,
Et eorum aliquem vino expoſitum efferunt e concilio lictores.
PR. Abi abiſis, & ſede; mulier enim nihili es.
MUL. Sane per Jovem mihi ſatius erat barbam non ſumere:
Siti enim, opinor, nunc miſerae mihi diſſilient viſcera.
PR. An eſt veſtrum quae velit dicere? MUL. Ego.
PR. Abi igitur & coronam cape; res quippe urget.
Age nunc viriliter & probe dicas,
Corporis habitum ſcipione innixum habens.
AL. MUL. Optaſſem ſane quempiam eorum, qui dicendo aſſueti ſunt,
Ea dicere quae optima ſint, ut ſederem quietus & otioſus:
At nunc non ſinam, ut e mea ſententia
In caupona lacus aquae faciant.
Mihi, inquam, non placet per Pollucem & Caſtorem.
PR. Per Pollucem & Caſtorem? ô miſera, ubi tibi mens eſt?
MUL. Quid vero eſt? nam haud petii bibere.
PR. Non per Jovem; ſed cum vir ſis, per Pollucem & Caſtorem juraſti;
Quanquam cetera ingenioſiſſime locuta es.
MUL. ô per Apollinem. PR. Ceſſa quaeſo, nam
Concionans non promovebo pedem

Alterum,

μεγάλα μὴ ὄντος ὅλως. Certe dii nusquam aut nihil eſſent, mortales autem extollerentur, ſi iſte non daret poenas. Vide ad Aves vſ. 800.

vſ. 146. Ἀφανισθήσομαι] Scholia: ξηρανθήσομαι, id eſt, exareſcam. ὡς καὶ ἀλλαχοῦ· τὰς ἀλλοτρίας αἰμῶν τάχυς τακτὸς ἐν τῷ ξύλῳ δήσας ἀφαύει. Iſte locus eſt in Equitibus vſ. 393. Nempe ab ἀφαύω eſt ἀφανίνω.

vſ. 148. Τὸ χρῆμ' ἐργάζεται] Scholia: ἀνύεται· *Res nunc agitur.* Infra vſ. 1156. ὥσπερ μέλλομεν τὸ χρῆμα δρᾶν.

vſ. 151. Ἐξελόμην μὲν ἕτερον ἂν τῶν νῦν] Ut Oratores ſolent. Demoſthenes Philippica I. initio: εἰ μέν τινα περὶ καινῆς τινος πράγματος προκεῖτο, ὦ Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, λέγειν, ἐπισχὼν ἂν ὀλίγον χρόνον αὐτὸς ἐμαυτὸν ἐξήταζον, εἰ μήτι τῶν ὑπὸ τούτων ῥηθέντων ΗΣΤΧΙΑΝ ἂν ἦγον. εἰ δὲ μὴ, τότ' ἂν αὐτὸς ἐπειρώμην, ἃ γιγνώσκω, λέγειν. Iſocrates initio Archidami.

vſ. 155. Μὰ τὼ Θεώ] Per Cererem & Proſerpinam jurat Foemina Attica. Vide ad Acharn. vſ. 905.

vſ. 157. Οὐ γὰρ δὴ πιεῖν ἔτνεά σε] Supra vſ. 132.

vſ. 161. Ἐκκλησιάζεσ' ἂν ἄν] Ita omnes quas vidi. Cl. Kuſterus propter verſum legi jubet Ἐκκλησιάσεσ' ἂν ἄν. vel Ἐκκλησιάζεσ' ἄ ſine ἄν.

Ibid. Οὐκ ἂν προβαίην τὸν πόδα] Nota iſtud verbum tranſitive poſitum, ut apud Euripidem in Electra vſ. 94. καὶ τειχέων μὲν ἐντὸς ἐβαίνεσ πόδα· *Et intra quidem muros non infero pedem.* ubi vide Notam Cl. *Barneſii.*

Τὸν ἕτερον, εἰ μὴ τῦτ' ἀκεισωθήσεῖ.
ΓΥΝ. Φέρε τ' τέφανον· ἐγὼ γὰ αῦ λέξω πάλιν.
Οἶμαι γὰ ἤδη μεμελετηκέναι καλῶς.
Ἐμοὶ γὰς, ὦ γυναῖκες αἱ καθήμεναι.
ΠΡ. Γυναῖκας αῦ, δύστηνε, τὰς ἄνδρας λέγεις;
ΓΥΝ. Μὰ Δί', Ἐπίγονόν γ' ἐκεῖνον· ὑπιβλέψασα γὰς
Ἐκεῖσε τοὺς γυναῖκας ὠόμην λέγειν.
ΠΡ. Ἀπερρέ γ' σὺ, γ' κάθησ' ὑτθυθεί.
Αὐτὴ γὰς ὑμῶν γ' ἕνεκά μοι λέξειν δοκῶ,
Τονδὶ λαβῦσα· τοῖς θεοῖς μὰ θῦχρμαι
Τυχεῖν κατορθώσασα τὰ βεβυλθυμία.
Ἐμοὶ δ' ἴσον μὰ τῆσδε τ' χώρας μέτα,
Ὅσον περ ὑμῖν· ἄχθομαι δὲ γ' Φέρω
Τὰ τ' πόλεως ἅπαντα βαρέως πεάγματα.
Ὁρῶ γὰς αὐτὰ τοῖσιν ἀεὶ
Ἀεὶ πονηροῖς· καἴν τις ἡμέραν μίαν
Χρηστὸς γένηῖ, δέκα πονηρὸς γίνεῖ.
Ἐπέτρεψας ἑτέρῳ, πλείον' ἕλκ ἁρότ καχά.
Χαλεπὸν μὰ ὃν ἄνδρας δυσαρέστυς νθετεῖν,
Οἳ τὰς φιλεῖν μὰ βυλομένυς δεδίκατε·
Τὰς δ' σὐκ ἐθέλοντας ἀιπβολεῖῖ' ἐκάτοτε.
Ἐκκλησίαισιν ἦν ὅτ' σὐκ ἐχρώμεθα
Οὐδὲν τοῦβάπαν· ἀλλὰ τόγ' Ἀγύρριον
Πονηρὸν ἡγύμεθα. νυῦ δὲ λεγομένων,
Ὁ μὲν λαβὼν ἀργύριον, ὑπερεπήνεσεν·
Ὁ δ' ὁ λαβὼν εἶναι θανάτυ φήσ' ἀξίυς
Τὰς μισθοφορεῖν ζητῦντας σὐ τῇ ἐκκλησίᾳ.
ΓΥΝ. Νὴ τὸν Ἀφροδίτην εῦγε ταυταγὶ λέγεις.
ΠΡ. Γάλαν' Ἀφροδίτην ὠνόμασας· χαείνᾳ γ' ἂν
Ἔφρασας, εἰ τῦτ' εἶπας σὐ τῇ ἐκκλησίᾳ.
ΓΥΝ. Ἀλλ' σὐκ ἂν εἶπω. ΠΡ. Μηδ' ἐθίζυ νῦν λέγειν.
Τὸ συμμαχικὸν αῦ τῦτ', ὅτ' ἐσκοπῦμεθα,
Εἰ μὴ γένοιτ', ἀπολεῖν ἔφασκον τὸν πόλιν·
Ὅτε δή γ' ἐγένετ' ἤχθοντο. τ' δὲ ῥητόρων

Ὁ

vſ. 165. Αἱ καθήμεναι] Sedebant enim in Concione: Demoſthenes Philipp. II. ubi de Oratoribus & Auditoribus: πρῶτον μὲν ἡμεῖς οἱ παριόντες· mox deinde ἔπειθ' ὑμεῖς οἱ καθήμενοι.

vſ. 167. Ἐπίγονόν] Hunc tanquam mollem & effoeminatum atque comtulum inſtar mulieris, ridet. Similiter Agathonem in Theſmoph. vſ. 102. cum enim is prodiret, diceretque quidam illum eſſe Agathonem, alter inquit: ἀλλ' ἢ τυφλὸς μὲν εἰμὶ, ἐγὼ γὰρ οὐχ ὁρῶ ἄνδρ' ὄδ' ἐνθάδ' ὄντα, Κυρήνην δ' ὁρῶ. erat autem Cyrene meretrix. Sic & Cliſthenem ibid. vſ. 580. nam illo accedente, Chorus mulierum dicit: γυνή τις ἡμᾶς προσρέχει.

vſ. 184. Ἀγύρριον] Supra vſ. 102. Forte alludit ad ἀργύριον.

vſ. 193.

Alterum, nisi isthuc ante diligenter pensitatum & meditatum fuerit.
MUL. Cedo coronam; nam rursus dicam.
Quippe videor mihi satis apte quippiam meditata.
Mihi enim, ô mulieres, quae hic sedetis.
PR. Tun' mulieres vocas, ô misella tu, (has quae) viros (assimulant?)
MUL. Non per Jovem; sed Epigonum illum. Quippe eo respiciens,
Coram mulieribus dicere me putabam.
PR. Male pereas: sede hinc (abiens.)
Ego enim ipsa, ut videor, vestrum omnium causa concionari cogar;
Capiens hanc coronam diis supplico,
Ut possim consilia nostra feliciter dirigere.
Aeque ad me attinet hujus regionis ratio,
Atque ad vos. Doleo autem & fero
Iniquo animo omnia urbis nostrae incommoda:
Video quippe illam praefectis utentem
Perpetuo malis; sique eorum quispiam vel diem unum
Bonus sit, totos decem dies malus est.
Alteri fortasse commiseris rempublicam? plura etiam mala faciet.
Difficile autem viros morosos monere;
Vos, inquam, ô cives, qui reformidatis eos, qui vos amare volunt;
Iis autem, qui amare nolunt, supplicatis perpetuo.
Fuit tempus cum conciliis nullo modo
Uteremur, sed Agyrrium
Pravum hominem judicabamus; nunc autem cum iis utamur,
Alius quidem accipiens pecuniam, id mirum in modum laudat;
At qui non accipit, eos morte dignos deputat,
Qui in conciliis mercedem ferunt.
MUL. Per Venerem haec belle dicis.
PR. Misera, Venerem *nominasti! lepida* vero & jocosa
Nobis fecisses, in concione si id dixisses.
MUL. At non dicam. PR. Ne igitur nunc assuesce dicere.
Praeterea confoederationem hanc cum considerabamus, deque ea deliberabamus,
Vulgo dictabant perituram civitatem, si minus illa fieret:
Postquam inita est, indigne ferre coeperunt. Rhetorum autem ille,

Qui

vs. 193. Τὸ συμμαχικὸν] „ Intelligendum de celebri „ illa Societate, quae inter Athenienses, Boeotos, „ Argivos & Corinthios facta est contra Lacedaemo- „ niorum nimiam potentiam: unde ortum est Bel- „ lum, quod dictum est συμμαχικὸν & Corinthiacum; „ de qua Societate Xenophon, sed sine anni annota- „ tione, Lib. IV. Diodorus vero Lib. XIV. ad Olymp. „ 96. annum 2. Archonte Diophanto eam distincte po- „ nit: τέτων δὲ τὴν ἀρχὴν παρειλημφότων, Βοιωτοὶ, καὶ Ἀ- „ θηναῖοι, πρὸς δὲ τέτοις Κορίνθιοι καὶ Ἀργεῖοι συμμαχίαν „ πρὸς ἀλλήλους ἐποιήσαντο." Haec, & alia plura *Palmerius* ad hunc locum.

Ὁ τᾶτ' ἀναπείσας θἠθὺς ἀποδρὰς ᾤχετο.
Ναῦς δὴ καθέλκειν τῷ πένητι μὴ δοκεῖ·
Τοῖς πλουσίοις δὲ καὶ γεωργοῖς οὐ δοκεῖ.
Κοιμᾶσθ' οἴκοι ἄχθεσθε· κἀκεῖνοί γέ σοι
Νῦν εἰσὶ ζητοί, καὶ σὺ νῦν ζητὸς γενῇ.
Ἀργεῖος ἀμαθὴς, ἀλλ' Ἱερώνυμος σοφός,
Σωτηρία παρέκυψεν, ἀλλ' ὀείζεται·
Θρασύβουλος αὐτὸς ἡμὶ προκαλούμενος.
ΓΥΝ. Ὡς ξυνετὸς ἀνήρ! ΠΡ. Νῦν καλῶς ἐπήνεσας.
Ὑμεῖς γ' ἄρ' ἔστ', ὦ δῆμε, τῶν ἀπροι.
Τὰ δημόσια γὰρ μισθοφοροῦντες ζημιᾶσθε,
Ἰδίᾳ σκοπεῖθ' ἕκαστος ὅ, τι πὴς κερδανεῖ,
Τὸ δὲ κοινὸν, ὥσπερ Αἴσιμος, κυλίνδεται.
Ἢν ὧν ἐμοὶ πείθησθε, σωθήσεσθ' ἔτι.
Ταῖς γὰρ γυναιξὶ φημὶ ζῆναι τὴν πόλιν
Ὑμᾶς παραδοῦναι. καὶ γὰρ αἱ ταῖς οἰκίαις,
Ταύταις ὀπτρόποις καὶ ταμίαισι χρώμεθα.
ΓΥΝ. Εὖγ', εὖγε, νὴ Δί', εὖγε· λέγε λέγ', ὦ 'γαθέ.
ΠΡ. Ὡς δ' εἰσὶν ἡμῶν τὰς τρόπους βελτίονες,
Ἐγὼ διδάξω. πρῶτα μὲν γὰρ ταῖα
Βάπτουσι θερμῷ κἠ τὸ ζερξᾶῖον νόμον
Ἀπαξάπασαι· κοὐχὶ μεταπειρωμένας
Ἴδοις ἂν αὐτάς. ἡ δ' Ἀθηναίων πόλις,
Εἰ τοῦτο ζητοῦσ εἶχεν, οὐκ ἂν ἐσώζετο,
Εἰ μή τι καινὸν ἄλλο παρευρίσκετο.
Καθήμεναι φεύγουσιν, ὥσπερ οἱ πετοῦ.
Ἐπὶ τὴ κεφαλῆς φέρουσιν, ὥσπερ οἱ πετοῦ.
Τὰ θεσμοφόρι' ἄγουσιν, ὥσπερ οἱ πετοῦ.
Τοὺς ἄνδρας ὀπτεύουσιν, ὥσπερ οἱ πετοῦ.
Μοιχοὺς ἔχουσιν ἔνδον, ὥσπερ οἱ πετοῦ.
Αὐταῖς παροψωνοῦσιν, ὥσπερ οἱ πετοῦ.
Τὸν οἶνον εὔζωρον φιλοῦσ', ὥσπερ πετοῦ.
Βινοῦμεναι χαίρουσιν, ὥσπερ οἱ πετοῦ.
Ταύταισιν οὖν, ὦ ἄνδρες, παραδόντες τὴν πόλιν,

Μὴ

vſ. 196. Ὁ τᾶτ' ἀναπείσας] Cononem Intelligi ait Scholiaſtes, & probat Palmerius.
vſ. 199. Σοί] Scholia: τὸ δὲ, σοὶ, ὡς πρὸς τὸν δῆμον.
vſ. 201. Ἱερώνυμος σοφός] „ Illo tempore fuit Hieronymus, vir clarus, & quem Conon, dum ad convenien„ dum Regem Artaxerxem pergebat, ducem claſſis regiae „ & Athenienſis cum Nicophemo reliquit. *Palmerius.*"
vſ. 202. Παρέκυψεν] Vix apparuit, emicuit.
vſ. 208. Αἴσιμος] Scholia: χωλὸς, ἄτιμος, καὶ ἀμαθής. Talis fuit iſte Aeſimus.
vſ. 211. Καὶ ἐν ταῖς οἰκίαις] In Lyſiſtrata etiam utitur hoc argumento, vſ. 498. ἃ καὶ τἄνδον χρήματα πάντως ἡμεῖς ταμιεύομεν ὑμῖν.
vſ. 220. Εἰ μή τι καινὸν] Notat Athenienſes tanquam nova-

Qui eam ſuaſerat, ſtatim fugiens abiit.
Naves in mare deduci, ſatis placet inopi,
Divitibus autem & agricolis non placet.
Corinthiis ſuccenſetis; illi autem tibi,
ô Popelle, boni & commodi ſunt; iis itidem commodus eſto.
Argeus ineruditus eſt, Hieronymus autem ſapiens.
Διαγιγνώσκειν ὅτι ταῦθ' ἡμῖν ὥσπερ τὰ κατάγματα κεῖται,
Χωρὶς ἕκαστον· κἄτ' ἀπὸ τούτων πάντων τὸ κάταγμα λαβόντας,
Δεῦρο ξυνάγειν ἢ συναθροίζειν εἰς ἕν· κἄπειτα ποιῆσαι
Τολύπιον μεγάλιον· κἄτ' ἐκ ταύτης τῷ δήμῳ χλαῖναν ὑφῆναι.
ΠΡ. Οὔκουν δεινὸν ταυτὶ ταύτας ῥαδίζειν ἢ τολυπεύειν,
Αἷς οὐδὲ μετῆν πάνυ γε πολέμου. ΛΥΣ. Καὶ μήν, ὦ παγκατάρατε,
Πλεῖν ἦγε διπλῆν αὐτὸν φέρομεν. ῥώπιον μού γε τετῆται,
Κἀκπέμψασαι παῖδας ὁπλίτας. ΠΡ. Σίγα, μὴ μνησικακήσῃς.
ΛΥΣ. Εἶτ' ἐνίκα λῆν θύφαντα, ἢ τὸ ἧδυς ἀπολαῦσαι,
Μονοκοιτοῦμαι τὰς στρατείας· κἄτ' ἐμέτερον μὲ ἐᾶτε.
Περὶ τῶνδε κοράν ἐστι τοῖς θαλάμοις γεγαμημένων.
ΠΡ. Οὔκουν' ἄνδρες γεγάσκουσιν; ΛΥΣ. Μὰ Δί' ἀλλ' οὐκ εἶπας ὅμοιον.
Ὁ μὲν γὰρ ἥκων, κἂν ἡ πολιὸς, ταχὺ παῖδα κόριν γεγάμηκεν.
Τῆς δὲ γυναικὸς μικρὸς ὁ καιρός· κἂν τοῦτο μὴ ἁπλάσῃ,
Οὐδεὶς ἐθέλει γῆμαι ταύτην· ὀπθιομαία δὲ κάθηται.
ΠΡ. Ἀλλ' ὅς τις ἐστὶ σῦσα δυνατός.
ΑΛΛ. ΓΥΝ. Σὺ δὲ δὴ τι μαθὼν οὐκ ἀποθνήσκεις;
Χωλὸν ἐστὶ· σορὸν ὠνήσῃ.

Με-

vſ. 575. Οἰσπώτην] Proprie eſt ſtercus ovillum ab οἶς., ovis.

Ibid. Ἐπικλινεῖς] Id eſt, κύπλοντας. In Equitibus vſ. 364. ἐξελῶ σε θύραζε κύδα. eſt autem κύδα adverbium a κύπλειν.

vſ. 576. Ἀπολέξαι] Ita ex Auctoritate *MSS. Vat. & Voſſ.* edidit Kuſterus; alias legitur *ἀπολέσαι perdere:* ſed hoc metri ratio non admittit. Et alioquin ἀπολέξαι aptius eſt; ſelliguntur enim in lanificio tribuli, pecudibus ſaepe adhaereſcentes.

vſ. 577. Τοὺς πιλοῦντας] „ Hanc lectionem exhibent MSS. „ *Vat. & Voſſ.* Itemque Suidas V. Συκοφάντης, ubi lo„ cum hunc ex vetere Scholiaſte explicat. At in prio„ ribus Edit. legitur τοὺς θλίβοντας, quod eſt alterius „ vocis interpretamentum. *Kuſterus.*"

vſ. 579. Ἐπὶ ταῖς ἀρχαῖς] Supra vſ. 492. εἰ ταῖς ἀρχαῖς ἐπέχοντες.

vſ. 586. Τῷ δήμῳ χλαῖναν ὑφῆναι] Ὑφῆναι eſt aor. 1. act. infin. ab ὑφαίνω. In Avibus vſ. 713. εἶτα δ' Ὀρέστῃ χλαῖναν ὑφαίνειν. Ceterum proſopopoeia eſt & allegoria, cum dicit Populo texendam eſſe laenam; intelliguntur autem commoda eventura, ſi reſp. bene ordinetur.

vſ. 587. Ῥαδίζειν] Repetit hoc verbum ex antecedentibus vſ. 576. ubi Lyſiſtrata dicebat: ἐκραδίζειν τοὺς μοχθηρούς. quaſi dicat *ἃ δεινὸν ταύτας λέγειν περὶ τοῦ ῥαδίζειν*; Poteſt etiam ῥαδίζειν pro *recitare* accipi, & *garrire*, per metaphoram a *Rhapſodis*, qui etiam ῥαδωδοὶ ſunt dicti; quia ῥάβδος, *virgas*, manu tenentes recitabant Carmina Homeri: quia vero iſti rhapſodi plerunque erant nugaces, ῥαψῳδία ſumitur pro φλυαρία, quae vox ſignificat futilem garrulitatem.

Ibid. Τολυπεύειν] Hoc etiam ex verbis Lyſiſtratae, quia

Ex noſtro lanificio *ſumto exemplo* remp. adminiſtraretis.
Pr. Quîdum? fac videam. Lys. Primo quidem oportebat vos, tanquam lanam in balneo
Eluentes ſordes, ex urbe incurvatos
Homines nequam ejicere, & tribulos ſeligere.
Et iſtos, qui inter ſe cohaerent & ſeſe premunt, affectantes
Magiſtratum, diſtrahere, eorumque capita depilare;
Deinde omnes carminare in calathum communem benevolentiam,
Immiſcendo & advenas, &, ſi quis hoſpes aut amicus ſit vobis;
Et, ſi quis debeat aerario, hos quoque immiſcendo.
Quin etiam civitates, quaecunque ex hac terra in colonias profectae ſunt,
Scire nos oportebat, veluti tracta quaedam nobis jacere,
Seorſim quamque: deinde ab iſtis omnibus ſumere oportebat *tractum*,
Hucque adducere, & *omnia* in unum congregare: deinde facere
Glomerem magnum: & ex iſto texere populo laenam.
Pr. Nonne acerbum eſt iſtas haec jactare & glomerare,
Ad quas plane non pertinet bellum? Lys. Atqui, ô ſceleratiſſime,
Plusquam duplum id ferimus. primum quidem cum parimus
Filios, & emittimus armatos. Pr. Tace, noli meminiſſe malorum.
Lys. Deinde cum oportuit nos delectari & aetate uti,
Solae cubamus ob militiam. & noſtra quidem mittite.
Diſcrucior autem de virginibus, quae in thalamis conſeneſcunt.
Pr. Viri ergo non ſeneſcunt? Lys. Non certe ſimile eſt quod dicis.
Nam vir rediens *è militia*, etſi canus ſit, cito puellam ducit virginem;
Mulieris autem brevis eſt oportunitas: & niſi hanc apprehendat,
Nemo vult eam ducere; ſedet autem omnia captans.
Pr. Sed ille *tantum ſenex* ducit uxorem *juvenculam*, qui poteſt arrigere.
Al. Mul. Tu ergo cur non moreris?
Tempus eſt: ſandapilam emes.

Pla-

quia illa modo dicebat ποιῆσαι τολύπην μεγάλην. Habet autem & verbum τολυπεύειν hic duplicem ſenſum; primo λέγειν περὶ τολύπης· deinde ἐργάζεσθαι, ἐπιτελεῖν ut Heſychius exponit, i. e. *Facere*, *perficere*. Euripides in Rheſo vſ. 744. τοῖς Θρῃξὶν πένθος τολυπεύσας· *Cum paraſſet luctum Thracibus.*

vſ. 592. Κἄθ' ἡμίτεφον μὲν ἑαυτὸ] Pro κἄτα ἡμίτεφον· hoc autem pro καὶ εἶτα ἡμίτεφον. Sed illa ſcriptura vitioſa eſt; legendum enim καὶ Θ' ἡμίτεφον, id eſt, καὶ τὸ ἡμίτεφον. Similiter autem occurrit iſtud ἡμίτεφον in Eccleſiazuſis vſ. 619. τὸ μὲν ἡμίτεφον γνάμην τὴν ἔχει.

vſ. 595. Ὁ μὲν γὰρ ἥκων] Legendum metri cauſa ὁ μὲν ἥκων γάρ, ut recte monet Florens.

vſ. 597. Ὀπίωμείην] Attice pro ὀσσυομείην ab ὄσσα, quod Heſychius exponit κληδὼν καὶ φήμη. id eſt. *Omen*, *rumor*, *& fama.* Puellae autem nupturientes ad haec maxime attendunt; cupiunt enim ſcire, quando tandem ſit venturus aliquis procus, & quis ille ſit futurus.

vſ. 599. Σὺ δὲ δὴ &c.] *Tu vero Senex, qui non es τῦσαι δυνατὸς, cur non moreris?* Quaſi nullus ſit uſus virorum, qui non arrigunt.

Ibid. Τί μαθὼν] Hoc Atticum eſt, & idem fere ſignificat quod τί παθών Aelianus Epiſt. 14. τί γὰρ καὶ μαθὼν εἰμὶ ἄνθρωπος· *Cur enim vel homo ſum?* Eupolis apud Stobaeum Serm. IV. Τί μαθόντες τὼς ξένους μὲν λέγετε ποιητὰς σοφούς; *Cur peregrinos poëtas dicitis ſapientes?* Vide ad Plutum vſ. 909.

vſ. 600. Χωρίον] Editio Farrei καιρίον, quod magis placet: χωρίον autem poteſt eſſe *locus ſepulturae.*

Ibid. Σορὸν ὠνήσει] In Acharn. vſ. 691. Senum Chorus dicit: ἔμ' ἐχρῆν σορὸν πρίασθαι, τὴν ὀλκὰν ἀπέρχεσθαι. Illud autem ὠνήσω eſt Attice pro ὠνήσω.

Μελιτ[ῶ]ταν ἐγὼ κἀγὼ δὴ μάξω·
Λαβὲ ταυτί, κἀγὼ στεφάνωσαι,
Καὶ ταυτασὶ δέξαι παρ' ἐμοῦ·
Καὶ τυτονὶ λαβὲ τὸ στέφανον.
Τῶ δέξ; τί ποθεῖς;
Χώρει εἰς τἀγὼ ναῦν·
Ὁ Χάρων σε καλεῖ.
Σὺ δὲ κωλύεις ἀνάγεσθ.
ΠΡ. Εἶτ' οὐχὶ ταῦτα δεινὰ πάσχειν ἔστ' ἐμέ;
Νὴ τὸ Δί' ἀλλὰ τοῖς Προβούλοις ἄνπικρυς
Ἐμαυτὸν ὀπιδείξω βαδίζων ὡς ἔχω.
ΛΥΣ. Μῶν ἐγκαλεῖς, ὅτ' οὐχὶ σπεύδεμεθά σε;
Ἀλλ' ἐς τεῖτἰω γ' ἦν ἡμέραν σπουδὴ πάνυ
Ἥξ[ει] παρ' ἡμῶν τὰ τεῖτ' ἐσκυθασμένα.

ΧΟΡΟΣ ΓΕΡΟΝΤΩΝ.

Οὐκ ἔτ' ἔργον ἐγκαθεύδειν, ὅς τις ἔστ' ἐλεύθερος·
Ἀλλ' ἐπαποδυώμεθ' ἄνδρωποι τυτωϊ τῷ σπάγματι.
Ἤδη γὰρ ὄζειν ταδὶ πλειόνων κἀμειζόνων
Πεπραγμάτων μοι δοκεῖ·
Καὶ μάλιστ' ὀσφραίνομαι τὸ Ἱππίου τυραννίδος·
Καὶ πάνυ δέδοικα, μὴ
Τῶν Λακώνων τινὲς
Δεῦρο συνεληλυθότες
Ἄνδρες ἐς Κλεισθένους,

Τὰς

vſ. 601. Μελιτ[ῶ]ταν] Hanc Virgilius vocat *Offam melle ſaporatam.* Et dabatur mortuis, ut Cerberus ea placaretur.

vſ. 602. Στεφάνωσαι] Mortui coronabantur, ut qui vitae certamen viciſſent, ὡς τὸν βίον διηγωνισμένοι, ut loquitur Scholiaſtes. nam ut Euripides dicit in Suppliciibus vſ. 550. πάλαισμα ἡμῶν ὁ βίος· *Luctа eſt noſtra vita.* Ceterum in Eccleſiazuſis vſ. 1027. adoleſcens, qui Vetulam cavillatur, tanquam morti maturam, dicit ad eam ταινιώσαι pro στεφάνωσαι. Vide ibi Notam.

vſ. 603. Καὶ ταυτασί] Scholia: τὰς ταινίας, ἃς τοῖς νικηταῖς ἔπεμπον οἱ φίλοι.

vſ. 605. Τῶ δέῃ;] Attice, pro τίνος δέῃ. In Editione Farrei pro δέῃ eſt δέῃ ex communi dialecto. Vult autem dicere omnia parata jam eſſe ad mortem ſeni.

vſ. 606. & 607. Χώρει εἰς τὴν ναῦν· ὁ Χάρων σε καλεῖ] Apud Euripidem in Alceſtide vſ. 254. Alceſtis moriens dicit: Χάρων μ' ἤδη καλεῖ. τί μέλλεις; ὑπείκε· σὺ κατείργεις, τάδ' ἕτοιμα· *Charon me jam vocat. Quid*, inquit, *cunctaris? Feſtina, tu remoraris; haec parata ſunt.* Apud Sophoclem in Oedipo Tyranno vſ. 1624. aut 1699. ad Oedipum, cui vitae terminus inſtabat, vox dei alicujus: ὦ ἵστος, ἵστος Οἰδίπους, τί μέλλομεν χωρεῖν; πάλαι δὴ τἀπὸ σοῦ βραδύνεται· *Heus heus Oedipe, quid ceſſamus Ire? jam dudum mora eſt in te.*

vſ. 608. Σὺ δὲ κωλύεις ἀνάγεσθαι] In Acharn. vſ. 1087. δειπνεῖν καταπολιὲς πάλαι.

vſ. 611. Ὡς ἔχω] Scholia: βεβρεγμένος *madefactus.* Nam ſupra vſ. 383. & 387. viros aqua perfundebant. Forte etiam coronam mortuorum intelligit, quam ſeni imponebat paulo ante mulier.

vſ. 612. Ὅτι οὐχὶ σπεύδεμεσθα] Poſtquam nempe te lavimus & mortuum. Euripides in Phoeniſſis vſ. 1329. —— ὅπως λάσῃ, πρόθηταί τ' ὢν ἔτ' ὄντα παῖδ' ἐμόν. Τοῖς γὰρ θανοῦσι χρὴ τὸν ὑ τιθηνάτα Τιμὰς διδόντα, χθόνιον εὐσεβεῖν θεόν· *Ut lavet & componat filium meum, non amplius viventem. Oportet enim eum, qui non eſt mortuus, mortuis bono-*

Placentam mellitam ecce pinsam
Cape haec & corona te ipsum,
Et istas *vittas* accipe à me:
Cape & hanc coronam.
Quid deest tibi? quid desideras?
Vade in navem:
Charon te vocat.
Tu in mora es, quo minus in altum provehatur.
Pr. Nonne acerbum est haec me pati?
Sed plane certum est ad Probulos *ceteros*
Ire cum isto ornatu & meipsum iis ostendere.
Lys. Num expostulas quod te non collocavimus *tanquam mortuum*
Sed in diem tertium summo mane
Redibunt tibi à nobis tridualia parata.

Chorus Senum.

Non jam opus est, ut dormiat quicunque est liber;
Sed accingamus nosmet ad hoc negotium.
Jam enim haec res plura & majora olere
Facinora mihi videtur:
Et praecipue odoror Hippiae tyrannidem:
Metuoque valde, ne
Lacones aliqui
Huc convenerint
Viri in Clisthenis domum,

Et

honores dando, pie colere deum subterraneum. De ista περιθοιτις sive *collocatione* Mortuorum Persius Sat. III. —— *tandemque beatulus alto Compositus lecto, crassisque lutatus amomis, In portum rigidos calces extendit.* ——

vs. 614. Τὰ τρίτ'] Sunt *inferiae tertio* a sepultura die inferri solitae, uti ἐνάτα quae *Nono* inferebantur die.

vs. 615. Οὐκ ἔτ' ἔργον ἐγκαθεύδειν] Supra vs. 425. ἀλλ' ἤδην ἔργον ἐστίν. in Avibus vs. 639. καὶ μὴν μὰ τὸν Δί' ὀγὶ νυστάζειν ἔτι ὥρα 'στὶν ἡμῖν.

vs. 616. Ἐπαρασώμεθα] *Excamur ad hanc rem.* Id est, *Praeparemus nos huic rei.* Metaphora a Luctatoribus, qui nudi certabant. Lucianus: ἀπιδόσθαι ἐπὶ φιλοσοφίαν. *Accinxit se ad Philosophiam.* Aelianus V. H. Lib. XII. c. 1. πρὸς τὸν πότον ὡς πρὸς ἀντίπαλον ἀπεδύσαντο. *Ad potandum se accingentes, tanquam contra antagonistam.*

vs. 619. Τῆς Ἱππίου τυραννίδος] Quasi tyrannidem affectent; quam obtinuit Athenis Hippias Pisistrati Filius. Sed cur Hippiae meminit praecipue & non alius alicujus tyranni? Scholiastes dicit: εἰκότως τῶ Ἱππίᾳ μᾶλλον ἐμνημόνευσιν, πρεσβύτατος γὰρ ἦν ἐκ τῶν ἄλλων. *Merito Hippiae mentionem fecit, nam hic erat natu maximus inter ceteros*, Pisistrati filios nempe: de iis enim loquitur Scholiastes. Propter *aetatem* inquit. Quasi vero Pisistratus, qui inchoavit tyrannidem, non fuerit senior filio suo? Non haec est ergo causa. Alludit enim Comicus ad ἵππον, qui κέλης dicitur, unde κελητίζειν obscoeno sensu; in Vespis vs. 497. κἀγώ γ' ἡ πόρνη χθὲς ἐπιλαβέντα τῆς μισημόρχιος, ὅτι ΚΕΛΗΤΙΣΑΙ ἐκέλευον, ἐξυθυμεῖτό μοι, ἤρετ' εἰ τὴν ΙΠΠΙΟΥ καθίσαμαι ΤΥΡΑΝΝΙΔΑ; ubi vide Notam. Eodem sensu hic in Lystr. vs. 678. dicit: Ἱππικώτατον γάρ ἐστι χρῆμα κἀταχὴς γυνή.

vs. 623. Ἐκ Κλεισθένους] Meminit hujus, quia erat γυναικώδης ut dicit Scholiastes. Vide in Ecclesiaz. vs. 580. & seqq.

Τὰς θεοῖς ἐχθρὰς γυναῖκας ἐξεπαίρωσιν δόλῳ
Καταλαβεῖν τὰ χρήματ' ἡμῶν,
Τόν τε μισθὸν, ἔνθεν ἔζων ἐγώ.
Δεινὰ γάρ τοι ταῦτα γ' ἤδη τὰς πολίτας νωθετεῖν,
Καὶ λαλεῖν γυναῖκας ὅσας ἀσπίδος χαλκῆς πέρι,
Καὶ χαλλάπτειν πρὸς ἡμᾶς ἀνδράσιν Λακωνικοῖς,
Οἷσι πυὸν ἔδην, εἰ μή που λύκῳ κεχλιδώς.
Ἀλλὰ ταῦτ' ὕφλων ἡμῖν, ἄνδρες, ὀπὶ τυραννίδι.
Ἀλλ' ἐμοὶ μὴ 'κ τυραννεύσῃσ', ἐπεὶ φυλάξομαι,
Καὶ φορήσω τὸ ξίφος τὸ λοιπὸν ἐν μύρτου κλαδί,
Ἀγοράσω τ' ἐν τοῖς ὅπλοις ἐξῆς Ἀριστογείτονι,
Ὧδέ θ' ἑξῆξω παρ' αὐτόν· αὐτὸς γάρ μοι γίνεται,
Τῆς θεοῖς ἐχθρᾶς πατάξαι τῆσδε χρεὼς τ' ἀνάθον.
ΧΟΡ. ΓΥΝ. Οὐ γὰρ εἰσόντας οἴκαδ' ἡ τεκοῦσα γνώσεται.

ΠΑΡΑΒΑΣΙΣ.

Ἀλλὰ θώμεθ', ὦ φίλαι χάριτες, ταδὶ πρῶτον χαμαί.
Ἡμεῖς γὰρ, ὦ πάντες ἀστοὶ, λόγων κατάρχομεν
Τῇ πόλει χρησίμων
Εἰκότως· ἐπεὶ χλιδῶσαν ἀγλαῶς ἔθρεψά με.
Ἔπειτα μὲν ἔτι νεᾶσα
Εὐθὺς ἠρρίφορουν.
Εἶτ' ἀλετεὶς ἦν· δεκέτης
Οὖσά τ' ἀρχηγέτις
Κατέχουσα κροκωτὸν ἄρκτος ἦν Βραυρωνίοις·

Κἀ-

vſ. 625. Τὰ χρήματ'] Scholia: τὰ ἐν τῇ ἀκροπόλει.

vſ. 630. Οἷσι πυὸν ἔδην] De Lacedaemoniorum perfidia in Acharn. vſ. 307. εἴπερ ἰσπείσω γ' ἅπαξ, οἵοιν ἔστι βωμός, ἔστι πίστις, ἔστ' ὅρκος μένειν.

Ibid. Λύκῳ κεχλινότι] Proverbium eſt λύκος χαιρών, de quo Erasmus in *Lupus hiat.*

vſ. 632. Ἀλλ' ἐμοὶ μὴ 'κ τυραννεύσῃσι] Euripides in Hercule vſ. 258. ἀλλ' οὐκ ἐμοῦ σὺ δεσπόσοις χαίρων ποτέ· *Sed nunquam imperabis tu mihi cum commodo aliquo tuo.*

vſ. 633. Καὶ φορήσω τὸ ξίφος] Scolion hoc erat in conviviis cantari ſolitum, & recitatur ab Athenaeo p. 695. ἐν μύρτου κλαδὶ τὸ ξίφος φορήσω, ὥσπερ Ἁρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων, ὅτ' Ἀθηναίης ἐν Συσίαις ἄνδρα τύραννον Ἱππαρμοσχείτων ἐκπαίσιμον. αἰεὶ σφῶν κλέος ἐσσεται κατ' αἶαν· *In myrti ramo gladium geſtabo, ut Harmodius & Ariſtogiton, cum Minervae in ſacrificiis Hipparchum Tyrannum occiderent. Semper illorum gloria erit in terris.* Hic tota illa hiſtoria recte & breviter continetur. Ceterum aliquid obſcoeni intelligitur apud Comicum, ut recte vidit Florens; μύρτος enim dicitur etiam pudendum muliebre, ut infra vſ. 1005.

vſ. 634. Ἀριστογείτονι] Columnam ejus intelligit.

vſ. 635. Αὐτὸς] Mallem αὐτό.

vſ. 637. Οὐ γὰρ —— ἡ τεκοῦσα γνώσεται] Forte quia non habent jam matrem tanquam valde ſenes.

vſ. 638. Ἀλλὰ] Chorus vetularum commemorat commoditates, quas in juventute ſua habuerit in Rep. Athenienſi, ex legibus & inſtitutis civitatis.

vſ. 943. Ἠρρίφορουν] Editio Farrei ἠρρηφόρουν recte. Eſt autem vel ab ἀρρηφορεῖν, pro ἄρρητα φορεῖν, *myſteria geſtare:* vel ab ἐρρηφορεῖν, pro ἐρσηφορεῖν, quia, ut dicit Scholiaſtes ex libro Hiſtorico, τὴν Ἔρσην πομπεύουσι τῇ Κέκροπος θυγατρί. id eſt, *Erſae, Cecropis filiae, pompas dunt.* Prior opinio magis placet Scholiaſtae. Geſtabant autem

Et has diis inviſas mulieres dolo incitent,
Ut occupent opes noſtras,
Et mercedem, unde ego victitabam.
Indigna enim res eſt ab iſtis admoneri cives,
Easque, cum ſint mulieres, loqui de aereo clypeo,
Et nobiſcum agere ut pacem faciamus cum Laconibus,
Quibus non plus ineſt fidei, quam hianti lupo.
Sed viri haec texuerunt ad tyrannidem occupandam.
Sed mihi nunquam dominabuntur, quia cavebo,
Et geſtabo gladium deinceps in myrti ramo,
Et in foro ſtabo armatus prope Ariſtogitonem,
Hoc modo autem ſtabo juxta ipſum; ipſe enim mihi autor eſt,
Ut hujus diis inviſae vetulae percutiam maxillam.
CH. MUL. Non enim nos domum ingreſſos mater noſcet.

PARABASIS.

Sed, ô chariſſimae vetulae, primum haec humi deponamus.
Nos enim, ô cives, orationem exordimur
Civitati utilem,
Merito; nam *haec* in deliciis ſplendide educavit me.
Septem annos nata
Statim arcana geſtabam:
Deinde molitrix eram: decennis-
que cum eſſem, Divae
Crocotam habens, eram urſa in Brauroniis:

Cani-

rem arcana illa ſacra puellae ciſtis.

vſ. 644. Εἶτ' ἀλετρὶς ἦ.] Diſtinguo ut in Verſione videre eſt. De his molitricibus Scholiaſtes: γίνονται δέ τινες τῶν εὐγενῶν ἀλετρίδες τῇ θεῷ παρθένοι, αἵτινες τὰ εἰς τὴν θυσίαν πόπανα ἀλῶσι· καὶ ἔστιν ἔντιμον τοῦτο. εἰσὶ δὲ καὶ ἱεραί μυλῶνες· *Fiunt enim quaedam nobiliores molitrices Deae Virgines; quae molunt ad paranda liba in ſacrificiis: & eſt hoc munus honorificum. Sunt autem & ſacrae quaedam molae.* Illud autem ἦ eſt pro ἦν & ἦμεν, *eram*; ut in Pluto vſ. 77. ubi vide Notam. De δικάτις vide Notam ſequentem.

vſ. 645. Ἀρκηγέτις] Scribendum eſt Ἀρκηγέτι, ut ſit dativus contractus: vel ſcribendum citra contractionem Ἀρκηγέτιδι· in Dativo accepit Scholiaſtes, apud quem legitur ἀρκηγέτι, τῇ δεσποίνῃ Ἀρτέμιδι, id eſt, *Dianae Dominae.* Ordo autem horum verborum eſt: καί τι δικάτις, ἣ ἄρκτῳ Ἀρκηγέτιδι ἐν Βραυρωνίοις, κατέχουσα κροκωτόν. Nempe Virgines decimo aetatis initiabantur Dianae, unde id δικατίδιον dicebatur. Vide Notam ſeq.

vſ. 646. Ἄρκτῳ ἦ] Virgines, cum initiarentur Dianae, oportebat crocotulam geſtantes inter ſacrificandum reptare inſtar *urſae*; unde etiam ἀρκτεύεσθαι illae tunc dicebantur. Originem illius ritus exponunt Grammatici Graeci. Cum olim Athenis fuiſſet occiſa urſa manſueta, Dianae ſacra, quod irritata laeſiſſet quandam virginem; peſtilentia mox invaſit regionem. Ad placandam itaque Dianam introduxerunt illum ritum. Quidam vero dicunt, illa, quae circa Iphigeniam in Aulide contigiſſe feruntur, ut notum ex Euripide, in *Braurone*, loco quodam Atticae, facta eſſe, ſed paullo aliter. Cum enim ibi Agamemnon eſſet immolaturus Dianae filiam ſuam Iphigeniam, hanc divina virtute ex caede ereptam eſſe, & loco ejus ad mactandum ſubjectam *urſam*; non cervum. Itaque ἀρκτεύσεις illa Virginum Atticarum in memoriam hujus rei fuerit inſtituta.

Καὐχαννηφόρουν πότ' ὢσα
Παῖς καλὴ, ἔχουσ' ἰοχάδων ὁρμαθόν.
Ἆρα ὀφείλω τι ξηρὸν τῇ πόλει ἀποδοῦναι;
Εἰ δ' ἐγὼ γυνὴ πέφυκα, τοῦτο μὴ φθονεῖτέ μοι,
Ἣν ἀμείνω γ' εἰσενέγκω τῶν παρόντων πραγμάτων.
Τυρὰν γάρ μοι μέτεστι· κἀγὼ φέρω ἀνδρὸς εἰσφέρων.
Τοῖς δὲ δυσὶν γέρουσιν οὐ μέτεστ' ὑμῖν ἐπεὶ
Τὸν ἔρανον τὸν λεγόμενον παππῴων ὄντ' τῶν Μηδικῶν,
Εἶτ' ἀναλώσαντες οὐκ ἀντεισφέρετε τὰς εἰσφοράς·
Ἀλλ' ὑφ' ὑμῶν ἀφαλυθῆναι ἀποσέπει κινδυνεύομεν.
Ἆρα γρυκλίον ἐστιν ὑμῖν; εἰ δὲ λυπήσεις τί με,
Τῷδέ γ' ἀψήκτῳ πατάξω τῷ κοθόρνῳ τὸν γνάθον.
ΧΟΡ. ΓΕΡ. Ταῦτ' οὐχ ὕβρεις τὰ πράγματ' ἐστὶ
Πολλή; καὶ πιδώσειν μοι δοκεῖ
Τὸ ξῆμα μᾶλλον.
Ἀλλ' ἀμυντέον τὸ πρᾶγμ' ὅς τις γ' εἰόρχης ἐστ' ἀνήρ.
Ἀλλὰ τὴν ἐξωμίδ' ἐνδυώμεθ', ὡς τὸν ἄνδρα δεῖ
Ἀνδρὸς ὄζειν θὠθύς· ἀλλ' οὐκ ἀντιθεῶμαι πρέπῃ.
Ἀλλ' ἄγετε Λυκόποδες,
Οἷόν ποτ' ἐν Λειψύδριον
Ἤλθομεν, ὅτ' ἦμεν ἔπι·
Νῦν δεῖ
Νῦν ἀνεβῆσαι πάλιν,
Καὐναπερῶσαι
Πᾶν τὸ σῶμα, καὐποσείσαι·
Φαὶ τὸ γῆρας τόδε.
Εἴ γ' εἰδώσῃ τις ἡμῶν ταῖσδε κἀν σμικρὰν λαβίμ',
Οὐδὲν ἐλλείψουσιν αὗται λιπαρᾶς χειρουργίας·

Ἀλλὰ

vſ. 647. Καὐχαννηφόρουν] Hoc etiam virginum erat. Vide infra vſ. 1196.

vſ. 648. Ἰοχάδων ὁρμαθόν] Sic κρεανιτῶν ὁρμαθός in Pluto vſ. 765.

vſ. 649. ΠΡ.] In Editione Farrei recte deeſt hic Probuli Perſona: & vſ. ſeq. ΧΟ. ΓΥ. nam omnia haec a Choro Mulierum dicuntur.

vſ. 650. Εἰ δὲ — τοῦτο μὴ φθονεῖτέ μοι] In Acharn. vſ. 496. μὴ μοι φθονήσητ', ἄνδρες οἱ θεώμενοι, εἰ πλαχοῦντ', ἐπειτ' ἐν Ἀθηναίοις λέγειν μέλλω περὶ τῆς πόλεως.

vſ. 652. Τυρὰν] Pro τὴν ἐράνου. Eſt autem ἔρανος, *collecta, ſymbola, contributio, munus.*

vſ. 654. Τὸν ἔρανον] illud tributum eſt, quod ordinante Ariſtide contulerunt, cum Perſae invaſiſſent Graeciam: τὰ Μηδικὰ enim ſunt τὰ Περσικὰ apud bonos Scriptores.

vſ. 655. Εἶτα] Hanc particulam Scholiaſtes hic dicit, περιλλειν, *abundare.*

vſ. 657. Ἆρα γρυκλίον] Scholia: ἆρα γρύζει ὀφείλετε, ἢ πορρησίαν ἄγειν;

vſ. 658. Ἀψήκτῳ] Id eſt, σκληρῷ, ἀμαλάκτῳ. Ex Scholiis. Ibid. Πατάξω] Ita Editio Farrei, & teſte Kuſtero MSS. nec non Suidas. Aliae Editt. κατάξω. quod & ipſum non eſt alienum.

vſ. 659. ΧΟ. ΓΕ.] In Edit. Farrei praefigitur ΠΡ. id eſt, Πρόβουλος. Etiam bene. In aliis autem Editt. ΧΟ. ΓΥ. i. e. Χορὸς γυναικῶν male. Kuſterus ex MSS. praefixit ΧΟ. ΓΕ. i. e, Χορὸς γερόντων, non male.

vſ. 662. Ἐνέρχῃς] Quia cum mulieribus eis negotium eſt; oportet autem *rem agi maguis teſtibus*, ut eſt in Priapeis.

vſ. 663. Ἀλλὰ] In Editione Farrei hic praefigitur ΧΟ. ΓΕ. etiam bene. quia ſecundum antecedentia Probulus dixerat.

vſ. 664. Ἐντεθωράσθαι] Scholia: ἐντιτυλίχθαι, ἐνεσκευάσθαι· μετήνεκται δὲ ἀπὸ τῶν λεγομένων θρίων, ὃ ἐν σύκῳ φύλλοις ἐλίττας,

Caniſtra etiam geſtavi olim, cum eſſem
Puella pulchra, habens caricarum globum.
Nunquid ergo debeo civitati ſuadere utilia?
Licet autem mulier nata ſim, abſit invidia,
Si meliora afferam quam ſunt praeſentia;
Nam ſymbolae particeps ego etiam ſum; nam viros in commune affero;
Vos autem, miſeri ſenes, non eſtis participes; nam
Symbolam avorum, quae dicitur, collatam ex Medorum ſpoliis,
Cum conſumſeritis, non affertis pro iis tributa;
Sed adhaec *mala* etiam periculum eſt ne a vobis perdamur.
Num ergo mutire licet vobis? Si autem moleſtus mihi eris,
Crudo iſto cothurno buccam tibi percutiam.
CH. SEN. Annon haec contumelia eſt
Magna? quin & incrementum captura videtur mihi
Haec res magis.
Sed obviam ire oportet huic malo, quicumque coleatus eſt vir.
Sed exomidem exuamus; nam vir debet
Olere ſtatim virum: nec decet veſtibus involutum eſſe.
Sed agite ſatellites,
Quicunque ad Lipſydrium
Profecti ſumus, cum adhuc eſſemus:
Nunc oportet,
Nunc aſſumere rurſus juveniles annos,
Et extollere
Totum corpus, & decute-
re ſenectutem hancce.
Si enim quis noſtrum hiſce vel exiguam anſam dederit,
Nihil remittent iſtae ab aſſiduo labore;

Verum

κεῖται. i. e. *Involutum, indutum eſſe. Translatum eſt autem a thrio ita dicto* edulio, *quod involvitur ficuhnis foliis*, etiam θρῖα dictis. Hic ἐσκυλάσθαι ſcripſi pro ἐσκυάσθαι. Uſurpavit autem illud verbum de *amictu* Comicus in Achatn. vſ. 383. de cibo, quamvis non de thrio ibid. vſ. 1095.

vſ. 665. Λυκόποδες] Nunc intelliguntur Alcmaeonidae qui Hippiam tyrannum oppugnarunt, communito Lipſydrio, loco Atticae. *Haec ex Scholiis.* Compellat autem Senum grex ſeſe hoc nomine, quaſi & ipſi tunc fuerint inter Alcmaeonidas, (ſolet enim Comicus choro ſenum tribuere, quae longe anteceſſerunt aetatem illorum hominum) ut aemulentur ſcilicet Alcmaeonidarum virtutem oppugnanda tyrannide Hippiae; quia nunc etiam mulieres affectent ejusmodi tyrannidem: ſupra enim vſ. 621. dicebat: καὶ γάρ ἐσορμῶμαι τὰς Ἱππίκ τυραννίδ@.. Alias Lycopodes dicuntur etiam tyrannorum ſatellites. Eſt autem origo nominis a *pellibus lupinis*, quibus tuebantur *pedes*.

vſ. 666. Λιμυδρίου] De iſto Lipſydrio & de Alcmaeonidis canabant ſcolion in conviviis; quod vide apud Athenaeum p. 694.

vſ. 667. Ὅτ' ἤμην ἔτι] Vide ad Acharn. vſ. 697. ubi etiam ſenum Chorus dicit ὅτ' ἦμεν.

vſ. 670. Καινατμίσωσαι] Hanc metaphoram explicat ipſe Comicus in Avibus vſ. 1437. & ſeqq.

vſ. 671. & 672. Κάπεσείσασθαι τὸ χρῶς] In Ranis vſ. 343. γόνυ πάλλεται χρόνιον, ἀπεσείσατ' δὲ λίπας χρονίαν τ' ἐτῶν πολλῶν ἐμαυτόν. In Pace vſ. 336. τὸ χρῶς εἰκόνος.

vſ. 673. Ἐνδαίσει λαζόν] In Equitibus vſ. 842. λαζὸν γὰρ ἐνέδακας.

vſ. 674. Λιπαρᾶς] Scribendum potius λιπαρὰς a λιπαρὴς, quod eſt a λίαν παρεῖναι, ut ait Scholiaſtes. Aliud eſt λιπαρὸς, unde λιπαρά, & gen. λιπαρᾶς, quod nec verſus hoc loco poteſt tolerare.

675 Ἀλλὰ γὰ ναῦς πεπλανῆσθ', καὶ πιχειρήσασ' ἔπ
Ναυμαχεῖν, γὰ πλεῖν ἐφ' ἡμᾶς ὥσθ' Ἀρτεμισία·
Ἦν δ' ἐφ' ἱππικὴν πρέπουσ', ἀλλ' ἀναγράψαι τὰς ἱππέας.
Ἱππικώτατον γάρ ἐστι χρῆμα κἀπόχρων γυνή,
Κἀκ ἀναπολεῖσθαι πρέχοντος. τὰς δ' Ἀμαζόνας σκόπει,
680 Ἃς Μίκων ἔγραψεν ἐφ' ἵπποις μαχομένας τοῖς ἀνδράσι.
Ἀλλὰ τούτων χρὴν ἁπασῶν ἐς τετρημένον ξύλον
Ἐγκαθαρμόσαι λαβόντας τουτονὶ τὼ αὐχένα.
ΧΟΡ. ΓΥΝ. Εἰ νὴ τὼ θεώ με ζωπυρήσεις,
Λύσω τὼ ἐμαυτῆς ὦ ἐγὼ δὴ, γὰ
685 Ποιήσω τήμερον
Τὰς δημότας βωστρεῖν σ' ἐγὼ πεπλεγμένον.
Ἀλλὰ χ' ἡμεῖς, ὦ γυναῖκες, θᾶττον ἐκδυώμεθα,
Ὡς ἂν ὄζωμεν γυναικῶν αὐτοδαΐξ ὠργισμένων.
Νῦν τοὺς ἔμ' ἴτω τις, ἵνα
690 Μήποτε φάγῃ σκόροδα,
Μηδὲ κυάμους μέλανας.
Ὡς. εἰ
Καὶ μόνον κακῶς ἐρεῖς,
(Ὑπερχολῶ γὼ)
695 Αἰετὸν πτίλον τα κἀθα-
ρόν σε μαιβύσομαι.
ΑΛΛ. ΓΥΝ. Οὐ γὼ ὑμῶν φροντίσαιμ' ἄν, ἢν ἐμοὶ ζῇ Λαμπιτώ,
Ἥτε Θηβαία φίλη παῖς βὐγενὴς Ἰσμηνία.
Οὐ γὼ ἔσται δύναμις, ὅθ' ἥν ἐπάκτις σὺ ψηφίσῃ,
700 Ὅς πις, ὦ δύστην', ἀπῆχθε πᾶσι γὰ τοῖς γείτοσιν.
Ὥστε κἀχθὲς τῇ Ἑκάτῃ ποιοῦσα παιγνίαν ἐγὼ,
Τοῖσι παισὶ τὼ ἑταίρων ἐκάλεσ' ἐκ τὼ γειτόνων,

Παῖδα

vſ. 676. Ὥσπερ Ἀρτεμισία] Haec etiam fuit in magna illa claſſe Xerxis contra Graecos: & ejus virtutem admiratus eſt Xerxes. Vide Herodotum.

vſ. 677. Διαγράψαι] Ita Editio Farrei & aliae; in Kuſteri Editione διαγράψαι, quod Vir Cl. in MSS. ſe inveniſſe dicit. Sed malui retinere alteram lectionem; nam & Scholiaſtes in futuro indicativi legerat, qui exponit περιαρῶ tollam, & ἐντεῦθεν ἡγήσομαι αὐτὰς νικηθήσονται γὰρ ὑπὸ τῶν γυναικῶν nihili eos faciam. Vincentur enim a mulieribus. Eſt autem metaphora, ut idem Scholiaſtes dicit, a litigantibus; nam διαγράφειν δίκην eſt annihilare dicam alicui ſcriptam. In Nubibus vſ. 775. πεντεταλάντῳ διαγέγραπταί μοι δίκη.

vſ. 678. Ἱππικώτατον] Latet in his verbis ſenſus obſcoenus, ut & Kuſterus vidit. Vide ſupra ad vſ. 21.

vſ. 679. Κἀκ ἀναπολεῖσθαι] Editio Farrei κἀκ ἀναπολεῖται. Melius quidem, quia non in Infinitivo, ſed verbum ἀναπολεῖν, quod eſt *revolvere, repetere*, hic locum non habet. Ego verti quaſi legeretur κἀκ ἂν ἀπολεῖται.

vſ. 680. Ἃς Μίκων] Scholiaſtes dicit hunc in Porticu, quae Ποικίλη dicebatur, depinxiſſe pugnam Amazonum. Biſetus etiam annotat mentionem fieri hujus Miconis & pugnae Amazonum cum Athenienſibus, ab eo pictae, apud Pauſaniam *in Atticis*.

vſ. 681. Ἐς τετρημένον ξύλον] Hoc lignei vinculi genus dicitur πεντεσύριγγον ξύλον in Equitibus vſ. 1045. Sed hic ſimul intelligitur obſcoene τὸ τρύπημα τῆς γυναικὸς, de quo in Eccleſiaz. vſ. 623.

vſ. 682. Τουτονὶ τὸν αὐχένα] Collum etiam imponebatur in lignum illud perforatum. Anacreon apud Athenaeum p. 534. πολλὰ μὲν ἐν δορὶ τιθεὶς (aut potius θεὶς vel θέθεις) αὐχένα· *Qui ſaepe in ligno poſuit collum.* Sive: *Cujus collum ſaepe in ligno fuit conſtrictum.* Sed hic etiam obſcoenitas latet.

Verum & naves fabricabunt, & adhuc conabuntur
Navalibus praeliis decertare, & contra nos navigare ut Artemisia.
Si autem ad equitandum se converterint, delebo ex catalogo equites nostros;
Nam ad equitandum & invehendum curru aptissima res est mulier,
Nec peribit currente *equo;* specta sis Amazones,
Quas Micon pinxit in equis pugnantes cum viris.
Sed istarum oportet omnium in lignum perforatum
Indere hoc collum.
Ch. Mul. Ita me Divae ament, si me incenderis,
Solvam ego jam meam iram, &
Efficiam hodie,
Ut inclames populares tuos vellicatus.
Sed & nos, ô mulieres, ocyus exuamur,
Ut oleamus foeminas pertinaciter iratas.
Nunc ad me veniat aliquis, ut
Ne amplius comedat allia,
Neque fabas nigras.
Nam si
Vel maledictis tantum me inceſſes,
(Sum enim valde irata)
Aquilae parienti scara-
baeus tibi ero obstetrix.
Al. Mul. Nihili te faciam, si mihi vivat Lampito,
Et Thebana amica Ismenia, nobili genere nata.
Nulla enim facultas erit tibi, nec si septem decreta facias:
Qui odio es, ô perdite, omnibus, & vicinis.
Itaque & heri Hecatae festum ludicrum instituens
Pueris meis amicam accersivi ex vicinia

Puellam

tet, quod satis ostenditur voce τυτονί.

vs. 684. Ὑγ.] Scholia: τὴν φύσιν λέγει, τὴν ὀργήν.

vs. 686. Πωλήμενον] Scholia: τιλλόμενον, ξαινόμενον.

vs. 687. Χ' ἡμεῖς — ἐκδυσόμεθα] Quia virorum Grex dixerat: ἀλλ' ἐπαποδυόμεθα — τυτωὶ τῷ πράγματι vs. 61.

vs. 688. Αὐτοδάξ ὠργισμένων] Irati se ipsos mordent: in Vespis vs. 785. σεαυτὸν δάκνων. Ibid. vs. 1078. ὑπ' ὀργῆς τὴν χελώνην ἐσθίων. ubi vide Notam. Vide etiam ad Nubes vs. 1372.

vs. 690. Μήποτε φάγῃ σκόροδα] Scholia: Ἵνα μὴ εἰς ὥραν ἔλθῃ, μηδὲ πολεμῶσι. παίζει δὲ ἀπὸ τῶν ὑστέρων· εἰ εἰς τὸν πόλεμον, φέρουσι σκόροδα· Ne annum posteriorem attingat: jocatur autem Comicus dum viliores anni fructus nominat. Aut, Ne belligeret; nam qui in bellum eunt, allium ferunt secum. Verba Graeca in Scholiis trajecta, & leviter corrupta videntur.

vs. 691. Μηδὲ κυάμους] Scholia: ἵνα μὴ δικάσῃ. Ne judicia exerceat. Quia suffragia fabis ferebantur. Unde Populus Athenienſis dicitur κυαμοτρώξ in Equitibus vs. 41.

vs. 695. & 696. Αὐτὸν τίκτοντα &c.] Haec allegoria est, cujus sensus: *Ego eruam tibi testiculos.* Id propriis verbis dicit supra vs. 365. ἃ μήποτ' ἄλλη σε κύων τῶν ὀρχεων λάσηται. Ratio allegoriae haec est: *Quemadmodum Scarabaeus Aesopicus Aquilae, in Jovis gremio parientis ova ejecit; ita & ego eruam tua ova, id est, tuos testiculos.* Fabulae Aesopicae & Comicus breviter meminit in Pace vs. 129. & seqq. ἐν τοῖσιν Αἰσώπου λόγοις ἐξηυρίθη μόνῳ πετεινῶν [κάνθαρος·] εἰς Διὸς ἀφιγμένῳ, — κατ' ἐχθραν αἰετοῦ πάλαι ποτέ, ὡ' ἐκκυλίδων, καττιτιμωρούμενος.

vs. 697. Ἀμπιτώ] Illa est, quae supra vs. 78.

vs. 698. Ἡ τε Θηβαία] Boeotia illa Foemina est, quae supra vs. 86.

vs. 701. Παιγνίαν] Scholia: ἑορτήν.

Παῖδα λεγεῖν καὶ παπτιᾶν ἐπὶ Βοιωτῶν ἔγχελυν·
Οἱ δὲ πέμψειν οὐκ ἔφασκον ἀφ' ἅπαξ τὰ σὰ ψηφίσματα.
Κἀχὶ μὴ παίσασθε τῶν ψηφισμάτων τύπτων, πρὶν ἂν
Τῷ σκέλει λαβὼν ὑμᾶς τις ἐκτραχηλίσῃ φέρων.

ΧΟΡΟΣ ΓΥΝΑΙΚΩΝ, ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ, ΓΥΝΗ, ΑΛΛΗ ΓΥΝΗ, ΕΙΣ ΤΩΝ ΓΕΡΟΝΤΩΝ, ΧΟΡΟΣ ΑΝΔΡΩΝ.

ΧΟΡ. ΓΥΝ. Ἄνασσα πράγους τῇδε τῷ βλεμματι,
Τί μοι σκυθρωπὸς ἐξελήλυθας δόμων;
ΛΥΣ. Κακῶν γυναικῶν ἔργα τῷ θήλεια φρενί
Ποιεῖ μ' ἄθυμον πρᾶγμα πειρατεῖν τ' ἄνω κάτω.
ΧΟΡ. ΓΥΝ. Τί φής; τί φής;
ΓΥΝ. Ἀληθῆ, ἀληθῆ.
ΧΟΡ. ΓΥΝ. Τί δ' ἐστὶ δεινόν; φράζε ταῖς σαυτῆς φίλαις.
ΛΥΣ. Ἀλλ' αἰσχρὸν εἰπεῖν, ὦ σιωπῆσαι βαρύ.
ΧΟΡ. ΓΥΝ. Μὴ νῦν με κρύψῃς, ὅ, τι πεπόνθαμεν κακόν.
ΛΥΣ. Βινητιῶμεν, ἦ βραχύτον ἓν λόγῳ.
ΧΟΡ. ΓΥΝ. Ἰὼ Ζεῦ.
ΛΥΣ. Τί ζῆν' αὐτεῖς; ταῦτα δ' ἦν ἅπαξ ἔχῃ.
Ἐγὼ μὲν ἂν αὐτὰς ἀποχεῖν οὐκέτι
Οἷά τ' ἀπὸ τῶν ἀνδρῶν ἀποδιδράσκουσι γάρ.
Τὴν μὲν γὰρ πρώτην ἁλόντες ἐξέβησαν τῇ ὀπῇ
Κατέλαβον, ἣ δὴ Πανὸς ἐστὶ ταὐλίον.
Τὴν δ' ἐκ τροχιλίας αὖ καταλυσπωμένην·
Τὴν δ' αὐ τομοῦσαν· τὴν δ' ὅπῃ φρυδῇ μίαν
Ἤδη πεπασθ' ἁλοῦσαν κάτω
Εἰς Ὀρσιλόχην χθές, τῶν τειχῶν κατέσπασα.
Πάσας τε φορφάσεις, ὥστ' ἀπελθεῖν οἴκαδε,
Ἕλκουσιν· ἤδη γὰρ τις αὐτῶν ἔρχεται.
Αὕτη σὺ ποῖ θεῖς; ΓΥΝ. Οἴκαδ' ἐλθεῖν βούλομαι.

Οἴκοι

vs. 703. Κἀγαπτιᾶν] Editio Farrei & aliae καμπτιᾶν. Quae vox viris doctis non immerito suspecta est. Forte καμπτὴν dicit anguillam a κάμπτεσθαι, quia curvatur, & est flexilis. Ab eodem verbo similis vox est καμπύλων, quod est adverbium.

vs. 705. Τύπτων] Hanc vocem addidit Kusterus ex MSS. ut ait. Est autem necessaria ad complementum versus.

vs. 707. Ἄναασσα πράγους] Alloquitur Lysistratam ex arce venientem cum tristi vultu. Causa autem tristitiae est incontinentia & libido mulierum, quae in arce non possunt coërceri, ne ad viros elabantur.

vs. 714. Αἰσχρὸν εἰπεῖν καὶ σιωπῆσαι βαρύ] Aeschylus in Prometheo vs. 197. Ἀλγεινὰ μὲν μοι καὶ λέγειν ἐστὶν τάδε, Ἄλγος δὲ σιγᾶν· *Tristia quidem mihi haec sunt dictu; sed etiam triste est*

Puellam bonam & amabilem, anguillam, *inquam*, ex Boeotia;
Illi autem negarunt se missuros propter tua decreta.
Nec unquam desinetis decreta facere, priusquam
Vos crure prehenso aliquis auferat vobisque cervicem frangat.

CHORUS MULIERUM, LYSISTRATA, MULIER, ALIA MULIER, ALIQUIS SENUM, CHORUS VIRORUM.

CH. MUL. Dux facinoris hujus & consilii,
Cur mihi tristis exivisti e domo?
LYS. Malarum foeminarum facta, & muliebris mens
Faciunt ut animum despondeam, & ut susquĕ deque ambulem.
CH. MUL. Quid ais? quid ais?
LYS. Vera, vera.
CH. MUL. Quid mali est? dic nobis, quae amicae tuae sumus.
LYS. Sed turpe est dicere, & difficile reticere.
CH. MUL. Ne me celes, quid nobis evenerit mali.
LYS. Prurimus libidine, ut breviſſime dicam.
CH. MUL. Io Jupiter!
LYS. Quid Jovem inclamas? haec sane ita habent.
Equidem eas abstinere non amplius
Possum a viris; aufugiunt enim.
Primam quidem parantem (*pertundentem*) foramen
Deprehendi, ubi Panos est facellum:
Aliam vero e trochlea sese devolventem:
Aliam vero transfugium parantem: aliam vero quandam
Jam volare cogitantem deorsum
In *aedes* Orsilochi, heri crinibus prehensam retraxi.
Omnesque praetextus domum abeundi
Protrahunt: jam quaedam earum venit.
Heus tu, quorsum curris? MUL. Domum ire volo;

Domi

esse tacere.

vs. 716. Βινητιῶμεν] Occurrit apud Athenaeum in Jambis Machonis p. 583. C. apud eundem p. 9. ex Menandro, ὑποβινητιῶντα βρώματα. Apud eundem Plato Comicus: Ἔξεστιν ἐμοὶ διὰ κινὸς βινητιᾶν. Nam βινητιᾶν ibi legendum esse, ex metro patet, pro κινητιᾶν, quod idem significat.

vs. 721. Διαλίγεσθαι] Xenophon in Apomn. IV. p. 472.

vs. 722. Ἡ τὸ Πανὸς ἐγγὺς ταὐλίου] Euripides in Jone vs. 938. ἐγγὺς Πανὸς ἄδυτα καὶ βωμοὶ πύλας. *Ubi Panos est facellum & arae in propinquo.*

vs. 720. Ἐς Ὀρσιλόχε] Scholiastes dicit hunc notari tanquam lenonem, & adulterum, & effoeminatum.

Οἶκοι γάρ ἐστιν ἔρια μοι Μιλήσια,
Ὑπὸ τῶν σέων κατακοπτόμενα. ΛΥΣ. Ποίων σέων;
Οὐκ εἰ πάλιν; ΓΥΝ. Ἀλλ' ἥξω ταχέως, νὴ τὼ θεώ,
Ὅσον ἁρπετάσασα ὀπὶ τὴν κλίνης μόνον.
ΛΥΣ. Μὴ ἁρπετάννυε, μηδ' ἀπέλθῃς μηδαμῆ.
ΓΥΝ. Ἀλλ' ἐῶ πολέμου ταῦτα; ΛΥΣ. Ἦ τοῦτο δέη.
ΑΛΛ. ΓΥΝ. Τάλαν' ἐγώ, τάλαινα, τὴν ἀμόργιδα,
Ἣν ἄλοπον οἶκοι καταλέλοιπ'. ΛΥΣ. Αὖθ' ἥτερα
Ἐπὶ τὴν ἄμοργιν τὴν ἄλοπον ἐξέρχεται.
Χώρει πάλιν δεῦρ'. ΓΥΝ. Ἀλλὰ, νὴ τὴν Φωσφόρον,
Ἐγὼ δ' ὑποδείρασ' αὐτίκα μάλ' ἀπέρχομαι.
ΛΥΣ. Μὴ μὴ ὑποδείρῃς· ἢν γὰρ ἄρξῃ τοῦτο σύ,
Ἑτέρα γυνὴ ταυτὸν ποιεῖν βουλήσεται.
ΑΛΛ. ΓΥΝ. Ὦ πότνι' Εἰλείθυι' ὀπίσχες τὸκου,
Ἕως ἂν εἰς ὅσον μόλω 'γὼ χωρίον.
ΛΥΣ. Τί ταῦτα ληρεῖς; ΓΥΝ. Αὐτίκα μάλα τέξομαι.
ΛΥΣ. Ἀλλ' οὐκ ἐκύεις σύγε χθές. ΓΥΝ. Ἀλλὰ τήμερον.
Ἀλλ' οἴκαδέ μ' ὡς τὴν μαῖαν, ὦ Λυσιστράτη,
Ἀπόπεμψον ὡς τάχιστα. ΛΥΣ. Τίνα λόγον λέγεις;
Τί τοῦτ' ἔχεις τὸ σκληρόν; ΓΥΝ. Ἄρρεν παιδίον.
ΛΥΣ. Μὰ τὴν Ἀφροδίτην οὐ σύγ', ἀλλὰ χαλκίον
Ἔχειν τι φαίνῃ κοῖλον· εἴσομαι δ' ἐγώ.
Ὦ καταγέλαστ', ἔχουσα τὴν ἱερὰν κυνῆν,
Κυεῖν ἔφασκες; ΓΥΝ. Καὶ κυῶ γε νὴ Δία.
ΛΥΣ. Τί δῆτα ταύτην εἶχες; ΓΥΝ. Ἵνα μ' εἰ καταλάβοι
Ὁ τόκος ἔτ' ὀλίγῃ πόλῃ, τεκοιμ' εἰς τὴν κυνῆν
Ἐσθῶσα ταύτην, ὥσπερ αἱ τρυγέραι.
ΛΥΣ. Τί λέγεις; τοσοῦτος τοῖφανῆ τὰ πράγματα.
Οὔτ' ἀμφιδρόμια τὴς κυνῆς αὐτοῦ μενεῖς;
ΑΛΛ. ΓΥΝ. Ἀλλ' οὐ δύναμαι 'γὼ γ' οὐδὲ κοιμᾶσθ' ὀλίγῃ πόλῃ,
Ἐξ οὗ τὴν ὄφιν ἴδον τὴν οἰκουρόν ποτε.
ΑΛΛ. ΓΥΝ. Ἐγὼ δ' ὑπὸ τῶν γλαυκῶν γε τάλαιν' ἀπόλλυμαι

Ταῖς

vſ. 730. Μιλήσια] Mileſia vellera erant in pretio.

vſ. 731. Ὑπὸ τῶν σέων] „ A recto σεύς· unde Acc. pl. „ σέας occurrit apud Lucian. ἐν τῷ πρὸς ἀπαίδευτον. Vide „ Etymologum v. σεύς. & Thomam Magiſtrum v. σεύς.“ *Ex Notis Kuſteri.*

vſ. 733. Ἐπὶ τῆς κλίνης] Hinc meus mulierculae cognoſcitur, eam propter alia domum properare.

vſ. 735. ΓΥ.] In hoc verſu recte diſpoſuit Perſonas Kuſterus ex auctoritate MSS. In aliis totum hunc verſum Lyſiſtrata dicit.

vſ. 736. Τὴς ἀμοργίδος] Vide ſupra ad vſ. 150.

vſ. 739. Νὴ τὴν Φωσφόρον] Supra vſ. 444.

vſ. 740. Ὑποδείρασα] Subindicat rem obſcoenam. Supra etiam vſ. 158. κύνα δέρειν διδαρμένην.

vſ. 741. Τοῦτο] Ita MSS. teſte Kuſtero; in aliis Editt. praeter Kuſterianam τοῦτ' quod tamen aptius cum verbo ἄρξῃ conſtruitur quam τοῦτο.

vſ. 744. Εἰς ὅσιον] Scholia: ἀντὶ τοῦ εἰς βέβηλον καὶ μὴ ἱερόν, ἀλλ' ὅσιον εἰς τοιοῦτον. ἐπειδὴ ἐν τῇ ἀκροπόλει ἦσαν. παρθένος δὲ ἡ θεός· *Pro, in profanum & non ſacrum locum, ubi fas eſt parere.* Dicit autem hoc, *quia erant in arce* Minervae ſacra; *eſt autem Dea illa virgo.* Sed in nullo templo fas erat pare-

Domi enim mihi est lana Milesia,
Quae a tineis secatur. Lys. Quibus tineis?
Nonne ibis retro? Mul. Sed veniam cito, per Divas juro,
Dummodo in lecto eas extendero.
Lys. Ne extende, neque abeas usquam.
Mul. Sed an lanam perire sinam? Lys. Ita, si necesse est id fieri.
Al. Mul. Me miseram, me miseram, ob amorgidem,
Quam reliqui domi non decorticatam. Lys. En alia
Ad amorgin non decorticatam quae egreditur.
Redi huc. Mul. At, per Luciferam juro,
Me statim inde huc abituram, ubi eam decorticavero.
Lys. Noli decorticare; nam si tu hoc inceperis,
Alia mulier idem facere volet.
Al. Mul. ô Diva Lucina retine partum,
Donec in locum profanum ego ivero.
Lys. Quid nugaris ita? Mul. Jam jam pariam.
Lys. Atqui non eras tu heri praegnans. Mul. Verum hodie.
Sed domum me ad obstetricem, ô Lysistrata,
Dimitte quam primum. Lys. Quid dicis?
Quid habes hic duri? Mul. Masculum infantem.
Lys. Non tu profecto, sed ahenum
Habere quoddam videris cavum: ego *mox* sciam.
ô Ridenda, cum haberes sacram galeam
Gravidam esse te dicebas? Mul. Et profecto sum gravida.
Lys. Cur ergo hanc habebas? Mul. Ut, si me occupet
Partus adhuc in arce, pariam in galeam
Istam ingressa, uti columbae.
Lys. Quid dicis? praetextus quaeris, clara res est:
Nec lustricum galeae diem hic expectabis?
Al. Mul. At ego nec dormire possum in arce,
Ex quo serpentem illum aedituum vidi.
Al. Mul. Ego vero misera pereo, noctuis

Assidue

parere; hinc Euripides reprehenditur in Ranis vs. 1106. quod in Tragoediis suis feciſſet πτίλωσας ἐν τοῖς ἱεροῖς.

vs. 752. Ἱερὰν κυνῆν] Sacra erat illa galea, quia ex Minervae templo.

vs. 753. Κυνῆν] Alludit ad κυνῆν. Habebat autem vestem fartam galea, ut gravida videretur. Scholia ad vs. 744. περικεφαλαίαν ἔχειν ὡς δοκεῖν κύειν.

vs. 758 Ἀμφιδρόμια] Dies est, ut plerique veterum ajunt, a nato infante quintus, in quo gestantes puerum cursitabant circa lares, unde etiam nomen accepit: illo die etiam obstetrices purgabantur, & dona ferebantur. Quidam ajunt decimum esse, quo nomen imponebatur infanti, ut Scholiastes ad hunc locum. Vide Lexicographos Graecos.

Ibid. Κυνῆς] Scholia: *dicturi infantis, dixit Galeae*

vs. 760. Τὸν ὄφιν — τὸν οἰκουρόν] Herodotus in Urania: λέγουσι οἱ Ἀθηναίοισι ὄφιν μέγαν φύλακα τῆς ἀκροπόλιος ὑποδιατρίβεσθαι ἐν τῷ ἱρῷ· *Dicunt Athenienses serpentem magnum custodem arcis habitare in templo* Minervae.

vs. 761. Τῶν γλαυκῶν] Plurimae Athenis Noctuae: unde Proverbium γλαῦκ' Ἀθήναζε. Hinc etiam Minervae Tutelari sacra est avis.

Ταῖς ἀγρυπνίαισι κακκαβίζουσῶν ἀεί.
ΛΥΣ. Ὦ δαιμόνια παύσασθε τῶν τερατευμάτων.
Ποθεῖτ' ἴσως τοὺς ἄνδρας· ἡμᾶς δ' οὐκ οἴει
Ποθεῖν ἐκείνους γ'; ἀγαλέας τ' εὖ οἶδ' ὅπη
Ἄγουσι νύκτας. ἀλλ' ἀνάσχεσθ', ὦ 'γαθαί,
Καὶ σωφρονήσατ' ἔτ' ὀλίγον χρόνον·
Ὡς χρησμὸς ἡμῖν ἐστὶν ὑπικρατεῖν, ἐὰν
Μὴ σπασώμεθ'. ἔστι δ' ὁ χρησμὸς ὅτοσί.
ΑΛΛ. ΓΥΝ. Λέγ' αὐτὸν ἡμῖν ὅπι λέγει. ΛΥΣ. Σιγᾶτε δή.
Ἀλλ' ὁπότ' ἂν πτήξωσι χελιδόνες εἰς ἕνα χῶρον,
Τὰς ἕποπας φθύγουσαι, ἀποχωνταί τε φαλήπτων,
Παῦλα κακῶν ἔσται· τὰ δ' ὑπέρτερα νέρτερα θήσει
Ζεὺς ὑμβρεμέτης. ΧΟΡ. ΓΥΝ. Ἐπάνω κατακεισόμεθ' ἡμεῖς.
ΛΥΣ. Ἢν δὲ ἁρπάσωσιν, κἀναπτῶνται περύγεσιν
Ἐξ ἱερᾶς ναοῖο χελιδόνες, ἐκεῖσε δόξει
Ὄρνεον εἶθ' ὁπῶν καταπυγωνέστερον εἶναι.
ΧΟΡ. ΓΥΝ. Σαφὴς ὁ χρησμὸς νὴ Δί'. ὦ πάντες θεοί,
Μὴ νῦν ἀπείπωμεν ταλαιπωρήμασι,
Ἀλλ' εἰσίωμεν. εἰ γὰρ αἰσχρὸν τυγχάνει,
Ὦ φίλται, τὸ χρησμὸν εἰ σωθώσομεν.

ΣΤΡΟΦΗ.

ΧΟΡ ΑΝ. Μῦθον βούλομαι λέξαι
Τίν' ὑμῖν, ὅν ποτ' ἤκου-
σ' αὐτὸς ἔτι παῖς ὤν
Οὕτως.
Ἦν νεανίσκος Μελανίων τις, ὃς
Φεύγων γάμον,
Ἀφίκετ' εἰς ἐρημίαν, κἀν
Τοῖς ὄρεσιν ᾠκεῖ·

Κἆτ'

vs. 762. Κακκαβιζουσῶν] Proprie perdicum vox est; sed aliis etiam avibus tribuitur.

vs. 766. Ἄγουσι νύκτας] Sophocles in Electra, vs. 268. Ἔπειτα ποίας ἡμέρας δοκεῖς μ' ἄγειν; *Qualeis igitur dies agere me putas?*

vs. 771. Ἀλλ' ὁπότ' ἂν] Videtur prae oculis habuisse oraculum, quod extat apud Herodotum in Eratone: Ἀλλ' ὅταν ἡ Θήλεια τὸν ἄρσενα νικήσασα Ἐξελάσῃ, καὶ κῦδος ἐν Ἀργείοισιν ἄρηται· *Ast ubi Foemina marem victum Expulerit, & gloriam apud Argivos reportaverit.*

Ibid. Πτήξωσι] Hoc verbum proprie de avibus usurpatur. Euripides in Hercule vs. 974. Ἀλλ' δὲ βαμὸν, ὄρνις ὥς, ἔπτηξ' ὑπό· *Alius sub aram sicut avis trepide fugit.*

vs. 772. Φαλήπτων] Dicitur φαλὴς & φαλλός. Vide in Acha-

Assidue cantantibus, insomniâ.
Lys. ô Stultae, mittite ista prodigia.
Fortassis viros desideratis; nos vero nonne putas
Illis desiderio esse? sat scio molestas
Transigunt noctes. Sed, ô bonae, sustinete fortiter,
Et durate paululum adhuc.
Nam oraculum est quod dicit, nos superiores futuras, si
Non seditionem inter nos fecerimus: est autem oraculum tale.
Al. Mul. Dic nobis quid dicat. Lys. Tacete jam:
Sed, quando hirundines trepidae in unum locum convenerint,
Atque epopas fugient, abstinebuntque a mentulis;
Tunc finis malorum erit: & summa faciet ima
Jupiter altifremens. Ch. Mul. Supra jacebimus nos.
Lys. Si autem dissidium fecerint, & avolaverint alis
E sacro templo hirundines; non videbitur
Avis ulla esse lascivior.
Ch. Mul. Perspicuum certe est oraculum, ô coelites!
Ne jam despondeamus animum lassitudine;
Sed ingrediamur: etenim turpe erit,
ô Charissimae, si oraculum neglexerimus.

STROPHE.

Ch. Vir. Fabulam volo narrare
Quandam vobis, quam olim audivi ipse puer;
Sic autem habet:
Erat adolescens quidam Melanion, qui
Fugiens nuptias,
Abiit in deserta, & in
Montibus habitabat:

Deinde

charnens. vs. 259. & 262. Sed in Acharn. de artificiali sermo est, hic autem de naturali.

vs. 773. Τπέρτερα πέρτερα ῥήσει] Alias idem quod ἄνω κάτω ποιήσει τὰ πράγματα. de qua Phrasi ad Equites vs. 862.

vs. 775. Διαζώσι] „Sic recte legit non solum MS. *Voss.* „sed etiam vetus Scholiastes. Nam ἢν δ' ἀποζῶσι, quod „priores Editt. habent, in metrum manifesto peccat." *Kusterus.*

vs. 777. Καταπυγωνίστριον] Supra vs. 137. de mulebri sexu: Ὦ πᾶν καταπύγον ἡμιτριόνδαπαν γύη.

vs. 786. Μιλανίων] Editio Farrei Μιλανίου. Fortassis autem, inquit Florens, ille est Milanion, de quo Propertius dixit: — *Parthenii errabat in antris: Ibat & hirsutas saepe videre feras.*

790 Κἆτ' ἐλαχοθήρᾳ,
Πλεξάμην᾽ ἄρχυς,
Καὶ κύνα τιν' εἶχεν,
Κὐκέπι κατῆλθεν πάλιν οἴκαδ' ὑπὸ μίσους.
Οὕτω
795 Τὰς γυναῖκας ἐδελύχθη
Κεἰ᾽ ἡμεῖς τ' ὀδὴν ἥδιον
Τᾶ Μελανίων᾽, οἱ σώφρονες.
ΕΙΣ ΤΩΝ ΓΕΡ. Βλόμαί σε, γραῦ, κύσαι.
ΓΥΝ. Κρόμμυον γὰ οὐκ ἔδῃ.
800 ΕΙΣ ΤΩΝ ΓΕΡ. Καὐνατείνας τὸ σκέλ᾽ λακλίσαι.
ΓΥΝ. Τιὺ λόχμιω πολλὴν φορεῖς.
ΕΙΣ ΤΩΝ ΓΕΡ. Καὶ Μυρωνίδης γὰ ἦν
Τραχὺς ὀπεῦθεν, μελάμπυ-
γός τε τοῖς ἐχθροῖς ἅπασιν,
805 Ὡς δὲ χὠ Φορμίων.

ΑΝΤΙΣΤΡΟΦΗ.

ΧΟΡ. ΓΥΝ. Κἀγὼ βλόμαι
Μῦθόν τιν' ὑμῖν ἀνπλέξαι
Τᾷ Μελανίωνι.
Τίμων πὶς
810 Ἦν ἀΐδρυτ᾽ ἀβάτοισιν θύ-
σκώλοι-
σι τὸ πρόσωπον πεπιεσγμέν᾽,
Ἐεννύων ἀπορρώξ.
Οὕτ᾽ ἦν ὁ Τίμων

Ὦ χεῖρ'

vs. 797. Τᾷ Μελανίων᾽,] Comma hic feci. Sensus enim & ordo est: ἡμεῖς τε οἱ σώφρονες βδελυττόμεθα τὰς γυναῖκας ὀδὴν ἥδιον τᾶ Μελανίων᾽. Nempe illud ὀδὴν ἥδιον refertur ad βδελυττόμεθα, sive ἐβδελύχθημεν, quod ἀπὸ κοινῆ sumitur ex vs. 795. non autem ad σώφρονες: ne quis hic putet cum Erasmo proverbii alicujus mentionem fieri, nempe hujus: σωφρονίστερ᾽ Μελανίωνι᾽.

vs. 799. Κρόμμυον γὰρ ἂν ἔδῃς] Scholia: κλαύσῃ γὰρ καὶ χωρὶς κρομμύων. *Flebis enim sine cepis etiam.* Nempe quia cepae odor lacrymas ciet; in Ranis vs. 661. quidam interrogatus cur lacrymaret, dicit: κρομμύων ὀσφραίνομαι. Quod si verbum ἔδομαι, exponas, non per *edam* in Futuro, ut plerumque solet; sed per *edo*, ut Florens fecit, qui ἔδῃς exposuit *edis*, tunc alia expositio posset afferri. Οὐκ ἔδῃς γὰρ κρόμμυον, *non edis enim cepam*, id est, *Non olet tibi graviter os tuum.* itaque osculeris me licet. Nam esus cepae ingratum facit osculum. Vide ad Thesmoph. vs. 501. Quod si Scholiastae expositio admittatur, & ἔδῃς obtineat futuri significationem, ut plerunque solet; tunc legendum in contextu, κρόμμυόν γ' ἄρ' οὐκ ἔδῃ, id est, *cepam itaque non edes.* Atque hac ratione valet altera etiam expositio Scholiastae, quae haec est: ἢ κατὰ τὸ εἰρημένον ἄνω, Ἵνα μήποτε φάγῃ σκόροδα καὶ κύαμους μέλαινας, id est, *Vel eodem sensu haec dicis, quo supra* vs. 690. Ἵνα μήποτε &c. Vide ibi Notam. Hac ratione sensus loci est: *Nunquam attinges annum posterum; nam occidam te, si me osculaberis.*

vs. 802.

Deinde lepores venabatur,
Texens retia:
Canem etiam unum habebat:
Nec amplius redibat domum propter odium.
Adeo
Mulieres abominatus est
Ille: nosque non minus
Quam Melanion, qui sumus modesti.
Volo te osculari, vetula.
CH. MUL. Non ergo cepam comedes.
CH. VIR. Et sublato crure te calcibus ferire.
CH. MUL. Sylvam multam geris.
CH. VIR. Nam & Myronides erat
Hispidus illa parte, nigroque po-
dice, timendus omnibus hostibus,
Sic etiam Phormion.

ANTISTROPHE.

CH. MUL. Et ego volo
Fabulam quandam vobis narrare contra
Melanionem.
Timon quidam
Erat implacabilis inaccessis
Spinis
Circumseptus faciem.
Furiarum propago.
Iste igitur Timo

Fugit

vs. 802. Μυρωνίδης] Scholia: δύο Μυρωνίδαι ἦσαν, ὡς ἐν ταῖς Ἐκκλησιαζούσαις δεδήλωται. ἐνθάδε τοίνυν μέμνηται τοῦ ἐν Οἰνοφύτοις νικήσαντος. *Duo fuerunt Myronidae, ut in Ecclesiaz.* vs. 303. *ostensum.* (nihil tale hodie ibi extat in Scholiis) *Hoc loco meminit illius qui in Oenophytis vicit.* Nempe Boeotos vicit iste Myronides. Thucydides Lib. I Ἀθηναῖοι δὲ δευτέρᾳ καὶ εἰκοστῇ ἡμέρᾳ μετὰ τὴν μάχην ἐστράτευσαν ἐς Βοιωτοὺς Μυρωνίδου στρατηγοῦντος, καὶ μάχῃ ἐν Οἰνοφύτοις τοὺς Βοιωτοὺς νικήσαντες &c.

vs. 803. Μελάμπυγος] Qui tales essent, eos putabant *Fortes*; ut contra, qui essent λευκόπυγοι, eos molles & effoeminatos. Vide Hesychium & Suidam.

vs. 805. Φορμίων] Dux celebris, cujus mentio in Equitibus vs. 558.

vs. 809. Τίμων] Iste μισάνθρωπος satis notus est, aut esse debet, ex Luciani egregio Libello, cui titulus Timo.

vs. 810. Ἀίδυτος] Harpocration exponit ἀπρόσιτος, *qui non potest reddi propitius.* Proprie ἄϊδυτος est, *cui non erigitur statua, qui non dedicatur.* hoc enim significat verbum ἱδρύσασθαι. Per consequens autem ἄϊδυτος, *malum* significat; nam ἵδρυσις competit Diis & quidem bonis.

vs. 810. & 811. Εὐσκώλοισι] „Lego ἐν σκώλοισι. Est au-„tem σκώλον Spinae genus; unde in Apologo asinus dicit „ad lupum: Ἔκ μοι σκόλον ἔρυσσον, ὅ μοι κακὸν ἔμπεσεν ὀ-„πλῇ· *Extrahe mihi spinam, quae mihi male infixa est ungu-„lae. Florens.*"

Ὤιχεθ' ὑπὸ μίσους
Πολλὰ καταρασάμενοι ἀνδράσιν πονηροῖς.
Οὕτω
Κεῖνοι ὑμῶν ἀντεμίσουν
Τοὺς πονηροὺς ἄνδρας ἀεί·
Ταῖσι δὲ γυναιξὶν ἦν φίλτατος.
Τίνα γνάθον βύλει θέναι;
ΧΟΡ. ΑΝ. Μηδαμῶς ἔδεισά γε.
ΧΟΡ. ΓΥΝ. Ἀλλὰ κρύσταλλον τοῦ σκέλους.
ΧΟΡ. ΑΝ. Τὸν σάκανδρον ἐκφανεῖς.
ΧΟΡ. ΓΥΝ. Ἀλλ' ὅμως ἂν οὐκ ἴδοις
Καίτοι ὕσπις χρὼς ὄντ' αὐτὸν κομπίνιον, ἀλλ' ἀπεμ-
λωμμένον τοῦ λύχνου.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ, ΓΥΝΗ ΤΙΣ, ΑΛΛΗ ΓΥΝΗ, ΜΥΡΡΙΝΗ.

ΛΥΣ. Ἰὼ ἰώ, γυναῖκες, ἴτε δεῦρ' ὡς ἐμὲ
Ταχέως. ΓΥΝ. Τί δ' ἐστίν, εἰπέ μοι, πὸς ἡ βοή;
ΛΥΣ. Ἄνδρ' ὁρῶ τοιχοῦχα τοῦ πεπληγμένον,
Τοῖς δ' Ἀφροδίτης ὀργίοις εἰλημμένον.
ΑΛΛ. ΓΥΝ. Ὦ πότνια, Κύπρε καὶ Κυθήρων καὶ Πάφου
Μεθέσθ'· ἴθ' ὀρθὴ ἥνδρ' ἔχουσ' ἡ ὁδός.
ΓΥΝ. Πῦ δ' ἐστὶν ὅς πὸς ἐστί; ΛΥΣ. Παρὰ τὸ τῆς Χλόης.
Ὦ νὴ Δί' ἐστὶ δῆτά πις, κἄστιν ποτέ.
Ὁρᾶτε, γνώσκει πὸς ὑμῶν; ΜΥΡΡ. Νὴ Δία
Ἔγωγε· κἄστιν οὐμὸς ἀνὴρ Κινησίας.
ΛΥΣ. Σὸν ἔργον εἶναι τοῦτον ὀπίσω καὶ τρέφειν,
Καξηπεροπθύειν, καὶ φιλεῖν, καὶ μὴ φιλεῖν,
Καὶ πάνθ' ὑπέχειν, πλὴν ὧν σύνοιδεν ἡ κύλιξ.
ΜΥΡΡ. Ἀμελεῖ, ποιήσω ταῦτ' ἐγώ. ΛΥΣ. Καὶ μὴν ἐγὼ
Σιωπεροπθύσω ὧδαμοῦσ' ὀθαδί,
Καὶ ξυσταθθύσω τοῦτον. ἀλλ' ἀπέλθετε.

ΚΙΝΗ-

vs. 828. Τὸν λύχνου] In Ecclesiaz. vs. 12. mulier *lychnum* alloquens dicit: μόνον δὲ μηδὲν εἰς ἀπορρήτους μυχοὺς λάμπας φαίδρον τὴν ἱταμὴν τρίχα.

vs. 832. Ἀφροδίτης ὀργίοις] Infra vs. 898. τὰ τῆς Ἀφροδίτης ἱερὰ ἀπόρρητα.

vs. 835. Παρὰ τὸ τῆς Χλόης] Subintelligе *ἱερόν*. Est autem Chloë Cereris cognomen, a virescentibus segetibus. Vide Athenaeum p. 618. Sic ferme *Flava Ceres* apud Virgilium.

vs. 838. Κινησίας] Cinesiae dithyramborum Poëtae aliquoties meminit Comicus. Sed hic videtur tantum propterea

Fugit propter odium
Execratus viros malos.
Sic
Ille contra oderat
Malos viros ſemper;
Mulierum autem erat amantiſſimus.
Viſne ut buccam tibi percutiam?
CH. VIR. Haudquaquam timeo.
CH. MUL. Sed crure feriam.
CH. VIR. Cunnum oſtendes.
CH. MUL. Sed tamen non videbis,
Quamvis vetula ſim, e-
um crinitum, verum deglabratum lucernae flammula.

LYSISTRATA, MULIER QUAEDAM, ALIA MULIER, MYRRINA.

LYS. Io! io! mulieres, venite huc ad me
Celeriter. MUL. Quid eſt? dic mihi, quis iſte eſt clamor?
LYS. Virum video accedere furibundum,
Veneris percitum ſacris.
AL. MUL. ô Diva Cypri & Cytherorum & Paphi
Regina, perge recta via quam inſtitiſti.
MUL. Ubi eſt, quisquis eſt? LYS. Apud Cereris.
Eſt profecto aliquis; quisnam eſt?
Videtis? novitne aliqua veſtrarum? MYRR. Certe
Novi ego: & eſt meus vir Cineſias.
LYS. Tuum munus erit torrere & verſare iſtum,
Et decipere, & amare, & non amare,
Et omnia praebere praeter illa, quorum conſcius eſt calix.
MYRR. Quieſce, faciam iſta ego. LYS. Quin & ego
Hic manens ſimul tecum decipiam,
Et uram iſtum. ſed abite.

CINE-

pterea introducere Κιναισίαν, quia hoc nomen derivatur a κινῶ, quod pro βινῶ ſaepe accipitur. Tales alluſiones ad etymologiam ſunt frequentes apud Comicum. Vide & infra ad vſ. 850. & ſeq.

vſ. 841. Πλὴν ὦν σύνεσθ' ἡ κύλιξ] Supra vſ. 209. & ſeqq. apud Calicem jurant mulieres ſe non velle viris facere copiam ſui corporis.

vſ. 843. Κοτταβίσω] Reſpicit ad ἰσπλῶν vſ. 839. nam eadem aut cognata eſt horum verborum ſignificatio. Vide ſupra vſ. 378.

ΚΙΝΗΣΙΑΣ, ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ, ΜΥΡΡΙΝΗ, Ο ΠΑΙΣ.

ΚΙΝ. Οἴμοι κακοδαίμων, οἷ͂ον ὁ σπασμός μ' ἔχει,
Χὠ τέτανος, ὥσπερ ἐπὶ τροχῆ τριβλήμενον.
ΛΥΣ. Τίς οὗτος οὑντὸς τ' φυλάκων ἐστώς; ΚΙΝ. Ἐγώ.
ΛΥΣ. Ἀνὴς; ΚΙΝ. Ἀνὴς δῆτ'. ΛΥΣ Οὐκ ἄπει δῆτ' ἐκ ποδών;
ΚΙΝ. Σὺ δ' εἴ τις ἡ 'κβάλουσά μ'; ΛΥΣ Ἡμεροσκόπος.
ΚΙΝ. Πρὸς τ' θεῶν νῦν ἐκκάλεσόν μοι Μυρρίνιν.
ΛΥΣ. Ἰδού, καλέσω γὼ τ' Μυρρινίν σοι. σὺ δὲ τίς εἶ;
ΚΙΝ. Ἀνὴς ἐκείνης, Παιονίδης Κινησίας.
ΛΥΣ. Ὦ χαῖρε φίλτατ'· ὡ γὼ ἀκλεὲς τὔνομα
Τὸ σὸν παρ' ἡμῖν ἐστιν, ὡδ' ἀνώνυμον.
Ἀεὶ γὼ ἡ γυνή σ' ἔχει ἀμφὶ φόμα·
Κἂν ὠὸν ἢ μῆλον λάβῃ, Κινησία
Τοῦτ' γένοιτο, φησίν. ΚΙΝ. Ὦ πρὸς τ' θεῶν.
ΛΥΣ. Νὴ τ' Ἀφροδίτην· κἂν πρὸς ἀνδρῶν γ' ἐμπέσῃ
Λόγος τις, εἶρηκ' οὐθέως ἡ σὴ γυνὴ,
Ὅλη λῆρός ἐστι τἄλλα πρὸς Κινησίαν.
ΚΙΝ. Ἴθι νῦν κάλεσον αὐτήν. ΛΥΣ. Τί δῆτα; δώσεις τί μοι;
ΚΙΝ. Ἔγωγε νὴ τ' Δί', ἣν βάλῃ γε σύ.
Ἔχω δὲ τοῦτ'· ὅσον ἔν ἔχω, δίδωμί σοι.
ΛΥΣ. Φέρε νῦν καλέσω καταβᾶσά σοι. ΚΙΝ. Ταχὺ νῦν πάνυ.
Ὡς ἡδεμίαν ἔχω γε ταῖς βίᾳ χάειν,
Ἐξ οὗπερ αὕτη ἐξῆλθεν ἐκ τ οἰκίας·
Ἀλλ' ἄχθομαι μὲν εἰσιών· ἔρημα δὲ
Εἶναι δοκεῖ μοι πάντα· τοῖς δὲ σπίοις
Χάειν ἡδεμίαν οἶδ' ἐοῦσιν. ἔσυκα γάρ.
ΜΥΡΡ. Φιλῶ, φιλῶ γὼ τοῦτον, ἀλλ' ὡ βάλε͂
Ὑπ' ἐμοῦ φιλεῖσθαι. σὺ δέ με τούτῳ μὴ κάλει.
ΚΙΝ. Ὦ γλυκύτατον Μυρρινίδιον, τί ταῦτα δρᾷς;

Κατὰ-

vs. 845. Ὁ σπασμός] De convulsione hac, qua penis afficitur, infra etiam vs. 1094. ἅπερ πρὸς ὀρθρον σπασμὸς ὑμᾶς λαμβάνει. Mox vs. 968. tales convulsiones vocat ἀντισπασμούς.

vs. 846. Χὠ τέτανος] In eadem significatione supra vs. 555. καθ' [ἡ Ἀφροδίτη] ἐντέξῃ τέτανον τριπὸν τοῖς ἀνδράσι καὶ ῥοπαλισμούς.

Ibid. Ὥσπερ ἐπὶ τροχῆ τριβλήμενον] Plautus in Ciſtellaria Act. II. Sc. I. vs. 4. *Factor, crucior, agitor, ſtimulor*, VERSOR IN AMORIS ROTA *miſer*. Quod ad verba Graeca attinet, ſimiliter in Pluto vs. 876. ἐπὶ τροχῆ γὰρ δεῖ σ' ἐκεῖ τριβλήμενον εἰπεῖν, ἃ πεπανύργηκας. ubi vide Notam.

vs. 849. Ἡμεροσκόπος] In Avibus vs. 1174. λαθὼν κολοιὸς, φύλακας ἡμεροσκόπας.

vs. 850. Μυρρίνην] In hoc etiam nomine alludit ad Etymologiam, ut paulo ante vs. 838. ut ſub nomine proprio res ipſa ſignificetur: derivatur autem Μυρρίνη a μύρτον, quod pudendum muliebre ſignificat quandoque; ut infra vs. 1005.

CINESIAS, LYSISTRATA, MYRRINA, PUELLUS.

CIN. Hei mihi misero, quanta me tenet convulsio,
Et tentigo, non secus ac si in rota torquear.
LYS. Quis iste qui stat cis custodes? CIN. Ego.
LYS. Vir? CIN. Vir utique. LYS. Nonne ergo abibis hinc?
CIN. Tu autem quaenam es, quae me ejicis? LYS. Diurna speculatrix.
CIN. Per Deos ergo obsecro evoca mihi Myrrhinam.
LYS. Ecce vero, egone ut Myrrhinam tibi vocem? quis tu es?
CIN. Vir illius Paeonides Cinesias.
LYS. ô Salve charissime: non enim obscurum nomen
Tuum apud nos est, nec ignobile;
Semper enim uxori tuae in ore es:
Atque si ovum aut pomum accipiat, Cinesias
Hoc habeat, inquit. CIN. Dii vostram fidem.
LYS. Ita est, per Venerem juro. Tum si de viris incidat
Sermo aliquis, statim dicere solet tua uxor,
Οὐ φθόνος ἔνεστί μοι
Πᾶσιν παρέχειν φέρειν τοῖς
Παισὶν, ὁπότ' ἄν τε θυγάτης
Τινὶ κανηφορεῖ.
Πᾶσιν ὑμῖν λέγω,
Λαμβάνειν τ' ἐμῶν
Χρημάτων νῦν ἔνδοθεν,

Καὶ

vſ. 1166. Ὥσπερ] Mallem ὅσπερ, id eſt, ἧσπερ *cujus*. nam pro particula ὅσπερ, cum Dorice ſcribit, ponit ἅπερ.
Ibid. Βλιμάττομες] Pro *βλιμάττομεν*.
vſ. 1173. Λυσάνιε] Suidas: *μανέμενε*. ut ſit a *λύσσα*, *rabies*.
vſ. 1175. Γεωργεῖν γυμνὸς] Virg. *Nudus ara, ſere nudus*.
vſ. 1176. Κοπραγωγῖν γᾷ] Pro κοπραγωγεῖν γε. Alias vitioſe ſcribitur γᾷ ut vel ex metro apparet. πρᾷ autem ſive potius πρᾳὴ eſt pro πρωΐ. Vidit haec & Bilietus.
vſ. 1180 Ἐφύκαμες] Editio Farrei ἐφύκαμεν· quod hic rectius; loquitur enim Athenienſis.
vſ. 1183. Ἀμοῖσι] Pro ἡμετέροις.
vſ. 1189. Ἀλλ' ἴωμεν ὡς τάχος] Euripides in Medea vſ. 105.

Cujus dudum indigemus & cupidi ſumus.
Ath. Illud quidem nunquam eveniet vobis, per Neptunum juro.
Lys. Concedite illis, ô boni. Ath. Poſtea quem movebimus?
Lys. Alium petite locum pro iſto.
Ath. Illud igitur date nobis, hunc inquam
Echinuntem primo, & Melienſem
Sinum pone adjacentem, & illa Megarica Crura.
Lac. Nulla ratione, ô inſane, per Geminos divos juro.
Lys. Sinite; ne contende ſuper Cruribus *illis*.
Ath. Jam exuta veſte nudus arare volo.
Lac. At pol ego ſtercus convehere *volo* utique mature.
Lys. Ubi pax inter vos fuerit facta, iſtud facietis.
Sed ſi facienda vobis haec videntur, deliberate, atque
Ite & haec cum ſociis communicate.
Ath. Cum quibus quaeſo ſociis? arrigimus;
Annon eadem videbuntur & ſociis noſtris,
Omnibus *nempe* futuendum eſſe. Lac. Pol, *iſtud* quidem
Meis *videbitur*. Ath. Imo & Caryſtiis.
Lys. Recte dicitis: nunc facite ut caſtos praeſtetis vosmet,
Ut nos mulieres in arce vobis
Hoſpitale epulum praebeamus, de illis quae in ciſtis habemus.
Jusjurandum & fidem illic invicem date:
Deinde uxore ſua accepta veſtrum
Unusquisque abibit. Ath. Sed eamus quam citiſſime.
Lac. Duc quo tu vis. Ath. Ita profecto, & quidem quam celerrime.
Lys. Stragulas verſicolores, & laenas, & rallas,
Et aurea vaſa, quicquid eſt mihi,
Sine invidia volo
Omnibus praebere, ut ferant ſuis
Liberis, cum filia
Alicujus caniſtrum in ſacris geſtat.
Omnibus vobis edico
Ut accipiatis de meis
Opibus e domo *mea*:

Et

vſ. 105. ἴτε νῦν, χωρεῖτ' ὡς τάχ@ εἴσω· *Ite jam, procedite quam celerrime intro.* Alias ὡς τάχιστα, ut mox apud Com. & ὅσον τάχ@, quod occurrit & apud noſtrum in Thesm. vſ. 734. Eurip. in Andromacha vſ. 1066. ἐχ ὅσον τάχ@ χωρήσεταί τις Πυθικὴν πρὸς ἑστίαν; *Nonne quam celerrime ibit aliquis ad Pythicam aram?* & ὅσον τάχιστα. Eurip. in Rheſo vſ. 672. ἀλλ' ὅσον τάχιστ' ἐχρῆν φεύγειν· *ſed quam celerrime oportet fugere.* Quandoque omittitur ὡς vel ὅσον· in eodem Rheſo vſ. 986. χωρεῖτε, συμμάχους δ' ὁπλίζεσθαι τάχ@ ἄνωχθε· *Ite & ſocios armari quam celerrime jubete.* Aeſchylus in Eumenidibus vſ. 179. ἴξω, κελεύω, τῶνδε δωμάτων τάχ@ Χωρεῖτε· —— *Extra, jubeo, has domos ſtatim ite.* occurrit & alibi apud eundem.

vſ. 1196. Καπε[illegible] Supra vſ. 647.

Καὶ μηδὲν ὕπως
Εὐ σεσημάνθαι, τὸ μὴ ἐγχὲ τὰς ῥύπας ἀναπάσαι,
Χ' ἅτ' ἔνδον ἢ φορεῖν.
Ὄψῃ δ' ἐδὲν σκοπῶν, εἰ μή τις
Ὑμῶν ὀξύτερον ἐμοῦ βλέπῃ.
Εἰ δέ τῳ μὴ σῖτος ὑμῶν ἔστι, βόσκῃ δ' οἰκέτας,
Καὶ σμικρὰ πολλὰ παιδία,
Ἔξα παρ' ἐμοῦ λαβεῖν
Πυελίδια λεπτὰ μί,
Ὁ δ' ἄρτος ἀπὸ χρίνικος
Ἰδεῖν μάλα νεανίας.
Ὅς τις ὧν βάλῃ
Τῶν πενήτων, ἴτω
Εἰς ἐμοῦ, σάκκος ἔχων, ᾗ κωρύκιον· ὡς
Λήψῃ πυρούς. ὁ Μανὴς δ' αὐτοῖς ὑμὸς ἐμβαλεῖ.
Πρός γε μοὶ τοι τὴν θύραν
Προσχορθύω μὴ βαδίζειν τὴν ἐμὴν,
Ἀλλ' ὀλαβεῖαν τὴν κύνα.

ΘΕΡΑΠΩΝ, ΧΟΡΟΣ, ΑΘΗΝΑΙΟΣ, ΛΑΚΩΝ.

ΘΕΡ. Ἄνοιγε τὴν θύραν. ὁ τί βαδίζειν θέλεις;
Ὑμεῖς τί κάθησθε; μῶν ἐγὼ τὴ λαμπάδι
Ὑμᾶς κατακαύσω; φορτικὸν τὸ χωρίον.
Οὐκ ἂν ποιήσαιμ'. εἰ δὲ πάνυ δεῖ τοῦτο δρᾶν,
Ὑμῖν χαρίζομαι, παρεσταλαιπωρήσομεν.
ΧΟΡ. Χ' ἡμεῖς γε μὴν σοὶ ξυσταλαιπωρήσομεν.
ΘΕΡ. Οὐκ ἄπιτε; κωκύσετε τὰς τείχας μακρά.
Οὐκ ἄπιθ'; ὅπως ἂν οἱ Λάκωνες ἔνδοθεν
Καθ' ἡσυχίαν ἀπίωσιν θὠχλημένοι.
ΑΘ. Οὕτω τοιοῦτον συμπόσιον ὅπωπ' ἐγώ.
Ἢ ᾗ χαίειτε ἦσαν οἱ Λακωνικοί·
Ἡμεῖς δ' ὦ οἴνῳ ξυμπόται σοφώτατοι.

ΧΟΡ.

vs. 1201. Τὰς ῥύπας] Sic habent Editt. Paris. & Genev. teste Kustero. & ita legerat Pollux, qui Lib. X. Sect. 59. hunc locum citat, laudatus eidem Kustero. At Editio Veneta Farrei τύπας, id est, *signa*, quod etiam usurpatur in hac re. Eurip. Hippolyto vs. 862. τύποι σφενδόνης χρυσηλάτου. Julianus Epist. 8. ὀλίγῃ σφραγῖδι μεγάλῃ χαρακτῆρα τύπον ἀπεμαξάμην. Scholiastes ad Vespas vs. 583. τῷ κογχυλίῳ τῷ ἐπιπεπλασμένῳ ταῖς σφραγῖσι τὰ μὴ ἀφανίζεσθαι τὰς τύπας αὐτῆς.

vs. 1218. Ἄνοιγε] Haec aliquis dicit ad servum Janitorem ingredi cupiens ad convivium: cum quo plures etiam adsunt.

vs. 1219.

Et nihil tam
Bene obſignatum ſit, quin ceram ſigillarem revellatis,
Et quae intus condita ſunt auferatis.
Sed qui omnia circumſpexerit, nihil videbit, niſi quis
Veſtrum acutius cernit, quam ego.
Si vero alicui cibus non eſt, & vernas tamen paſcit,
Parvamque ſobolem & numeroſam,
Licet a me accipere
Fruges tenues:
At panis a choenice
Aſpectu valde magnus eſt.
Quisquis vult
Pauperum, eat
In meam domum, ſaccos habens & peras; nam
Accipiet fruges: Manes autem ſervus meus eis indet.
Verum tamen, ad januam
Meam nequis accedat, praedico,
Sed caveat canem.

FAMULUS, CHORUS, ATHENIENSIS, LACO.

FAM. Aperi januam: nonne vis loco cedere?
Vos quid ſedetis? num vultis ut ego lampade hac
Vos comburam? dura eſt haec provincia.
AL. Non faciam: ſed ſi omnino id faciendum eſt,
Ut vobis gratificemur, durabimus.
CH. Et nos tecum una durabimus.
FAM. Nonne abitis? male erit veſtris capillis & flebitis largiter.
Non abitis? ut Lacones ex aedibus
Quiete abeant a convivio ſaturi.
ATH. Nunquam tale convivium vidi ego,
Et faceti utique erant Lacones;
Nos autem in vino convivae ſapientiſſimi.

CH.

vſ. 1219. Ὑμεῖς τί κάθησθε] Servus, qui eſt Janitor, quosdam vocat, ut ſibi ſint adjutores in abigendis iis, qui intrare volunt.

vſ. 1221. Οὐκ ἂν ποιήσαιμι] Haec illi dicunt, quos Janitor vocabat.

vſ. 1227. Οὔπω] Athenienſis e convivio egrediens narrat, quales ſe ibi geſſerint Lacedaemonii, & Athenienſes.

vſ. 1228. Χαίροντες] Alexis apud Athenaeum p. 235. τηνικάδε χαίρειν τ' εἰμὶ, καὶ ποιῶ πολὺν γέλωτα, καὶ τὸν ἑστιῶντ' ἐπαινῶ *Tunc feſtivus ſum, & plurimum excito riſum, & laudo convivatorem.*

ΧΟΡ. Ὀρθῶς γ', ὅπ νήφοντες ἐχ' ὑμᾶνομεν·
Ἦν τὰς Ἀθηναίας ἐγὼ πείσω λέγων,
Μεθύοντες ἀεὶ πανταχοῦ βρεσβεύσομεν
Νῦν μὲν γὰρ ὅτ' ἂν ἔλθωμεν εἰς Λακεδαίμονα
Νήφοντες, εὐθὺς βλέπομεν ὅ, τι ταρέξομεν·
Ὥσθ' ὅ, τι μὴ ἂν λέγωσιν οὐκ ἀκούομεν·
Ἃ δ' ἐ λέγουσιν, ταῦτ' ἐπαινοῦμεν μόνα·
Ἀγγέλλομεν δ' ἐ ταὐτὰ τῶν αὐτῶν πέρι.
Νικᾷ δ' ἅπαντ' ἤρεσκεν. ὥσθ' εἰ μέν γε τὶς
Ἄδοι Τελαμῶνος, Κλειταγόρας ἄδειν δέον,
Ἐπῃνέσαμεν ἄν, κοὐ παρεσκευωρήσαμεν.
Ἀλλ' ὑτοιὶ γὰρ αὖθις ἔρχον πάλιν
Ἐς ταυτόν. οὐκ ἐρρήσετ', ὦ μαστιγίαι;
ΘΕΡ. Νὴ τὸν Δί', ὡς ἤδη γε χωροῦσ' ἔνδοθεν.
ΛΑΚ. Ὦ Πολυχαείδα, λαβὲ τὰ Φυσατήρια,
Ἵν' ἐγὼ διποδιάξω γε, κἀείσω καλὸν
Ἐς τὼς Ἀσαναίως τε κἠμᾶς ἅμα.
ΑΘ. Λαβὲ δῆτα τὰς Φυσαλίδας τοῖς θεῶν·
Ὡς ἥδομαί γ' ὁρῶν ὑμᾶς ὀρχουμένους.
ΛΑΚ. Ὅρμαον
Τὼς κυρσανίως, ὦ Μναμοσύνα,
Τὰν πεὰν μῶαν, ἅπις
Οἶδεν ἀμέ, τώς τ' Ἀσαναίως·
Ὅκα τοὶ μὲν ἐπ' Ἀρταμιτίῳ
Πρόκροον θείκελοι
Ποτὰ καλὰ, τὼς Μήδως τ' ὤϊκων·
Ἀμὲ δ' αὖ Λεωνίδας
Ἄγεν, αὔρᾳ τὼς κάρως

Θα-

vſ. 1232. Μεθύοντες] Quaſi conſilia ebriorum ſint meliora, ut Perſae putabant. Vide ad Equites vſ. 88. In Eccleſiazuſis tamen vſ. 139. conſilia ebriorum dicit eſſe παραπεπλυμένα.

vſ. 1239. Ἄιδοι Τελαμῶνος] Intelligit Scolion, carmen conviviale de Ajace Telamonis F. cujus initium refert Scholiaſtes: extat autem apud Athenaeum p. 695. inter plura Scolia: Παῖ Τελαμῶνος Αἶαν αἰχμητά, λέγω σ' ἐς Τροίαν ἄριστον ἐλθεῖν Δαναῶν κ' Ἀχιλλέα· *Fili Telamonis bellicoſe, dicunt te ad Trojam fortiſſimum veniſſe Danaorum & Achillem.*

Ibid. Κλειταγόρας ἄδειν δέον.] Clitagora fuit Poëtria; vide ad Veſpas vſ. 1238. Apparet autem pro Scoliis cantari ſolita in conviviis ejus Carmina: quorum materiam, veroſimile eſt, non fuiſſe de bello & viris belliceſis.

vſ. 1240. Ἐπῃνέσαμεν ἄν] *Laudabamus*, inquit, *etſi quis abſurda caneret in noſtro convivio; tam pacifici eramus.* Eſt autem abſurdum in convivio, quod propter pacem modo initam erat inſtitutum, cantare carmina de bello, aut bellicoſis viris; quale eſt illud de *Telamonis* filio: & non potius carmen aliquod Clitagorae foeminae a bello abhorrentis. Unde in Pace vſ. 1270. cum puer inſtante jam convivio caneret de armatis juvenibus, alter eum objurgans dicit: παῦσαι ὁπλοτίρυς ἄδων, καὶ ταῦτ', ὦ τρισκακόδαιμον, εἰρήνης γ' ὔσης· ἁμαθὴς γ' εἶ καὶ κατάρατος.

vſ. 1241. Ἀλλ' ὑτοιὶ] Hunc verſum & ſequentes duos *Servus*, ὁ Θεράπων, pronunciat in Editione Farrei. Recte quidem, quod ad priores duos attinet; loquitur enim ille Servus Janitor de iis, qui ingredi ad convivium volebant. Vide ſupra ad vſ. 1218. Sed tertium verſum illi debent pronunciare, qui ingredi volebant.

vſ. 1243. Νὴ Δία] Haec, ut dixi, ab iis debent pronunciari, qui intrare volebant & quos abegerat; dicunt enim, poſtquam vident convivas egredi, finito convivio, ſe jam nolle ingredi.

vſ. 1246. Ἐς τὼς Ἀσαναίως] Pro ἐς τὼς Ἀθηναίως.

vſ. 1249.

CH. Recte *dicis*, quia ſobrii inſanimus:
Quod ſi Athenienſes me audient,
Ebrii ſemper obibimus legationes ubique;
Nunc enim ſi quando in Lacedaemonem venimus
Sobrii, ſtatim circumſpicimus ecquid turbare poſſimus;
Itaque quid dicant non audimus:
Quae vero non dicunt, haec ſuſpicamur perperam;
Et nunciamus non eadem de iisdem rebus.
At nunc omnia placuerunt; atque ſiquis
Cantaret Telamonis, cum cantare debuiſſet carmen Clitagorae,
Tamen laudabamus & inſuper pejerabamus.
FAM. Sed iſti rurſus huc veniunt
In eundem locum: nonne faceſſitis verberones?
AL. Ita profecto; *abibimus*: nam jam foras exeunt.
LAC. ô Polycharida, cape tibias,
Ut ego tripudiem & canam ſcite
In Athenienſes & nos ſimul.
ATH. Cape quaeſo tibias per Deos obſecro;
Nam delector cum vos video ſaltantes.
LAC. Excita *& mitte*
Ad hos adoleſcentes, ô Mnemoſyna,
Tuam Muſam, quae
Novit nos & Athenienſes.
Nam iſti quidem apud Artemiſium
Graſſabantur. diis ſimiles,
Ad virtutem, & Medos vincebant.
Nos autem Leonidas
Ducebat, tanquam apros

Exa-

vſ. 1249. Ὄρμασον] Pro ὄρμασον· & hoc pro ὄρμησον. Canit autem Dorice.

vſ. 1250. Τὰς κυρσανίους] Pro τὰς κυρσανίας· id eſt, ἐφήβους. Sed Scholiaſtes hic legerat τῷ κυρσανίῳ. qui totum locum ſic exponit: ὄρμησον, ὦ Μνημοσύνη, τῷ ἐφήβῳ τὴν σὴν Μῶσαν. ut per ephebum ſive juvenem illum intelligatur Polycharidas tibicen. Alius tamen Scholiaſtes, ut videtur, legerat, ut eſt editum; dicit enim: λείπει δὲ ἢ εἰς, πρόθεσις· εἰς τὰς κυρσανίους, id eſt: *Deficit autem praepoſitio εἰς, ut ſit εἰς τὰς* &c. de voce autem κυρσανίους Scholia: κυρσανίους δὲ καλοῦσιν οἱ Λάκωνες τὰ μειράκια καὶ τοὺς ὑστεραίους ἀνθρώπους παρ' αὐτοῖς. Vide ſupra vſ. 982.

Ibid. Ὦ Μναμοσύνα] Ita MS. Vat. teſte Kuſtero: alias ὦ Μναμόνα.

vſ. 1251. Τὰν τὰν Μῶσαν] Pro τὰν τὰν (i. e. τὰν σὰν) Μῶσαν, ἥ τις.

vſ. 1252. Ἀμὲ τάς τ' Ἀσαιαίους] Pro ἡμᾶς τάς τ' Ἀθηναίους.

vſ. 1253. Ὅκα τοί μὲν ἐπ' Ἀρταμιτίῳ] Pro ὅτι οἱ μὲν ἐπ' Ἀρτεμισίῳ.

vſ. 1254. Πρόκρουον] Forte pro προίκρουον· ut & Biſetus putat. Forte προκρούειν· ut προκόπλειν. Στείκελοι autem pro Στοίχελοι.

vſ. 1255. Ποτὶλὰ] Pro πρὸς τά. Τὼς Μήδως autem pro τὰς Μήδους.

vſ. 1256. Ἀμὲ δ' αὖ Λεωνίδας] Pro ἡμᾶς δ' αὖ Λεωνίδας. Ceterum Leonidas, rex Lacedaemoniorum, ſub adventum Xerxis occupaverat anguſtias Thermopylarum, ut aditu Graeciae prohiberet Perſas. Vide Herodotum in Polymnia.

vſ. 1257. Ἄγεν] Forte ἄγειν pro ἦγεν, pro quo uſitatum ἤγαγεν.

Ibid. Αἶπερ] Editio Farrei αἴπερ· eadem tamen ſupra vſ. 1002. ubi haec particula Dorica occurrit, habet αἶπερ, uti & infra vſ. 1314. Vide ibi Notam. τὼς κάπρως autem pro τὰς κάπρους.

Θαγόντας οἰῶ τ' ὀδόντα· πολὺς
Δ' ἀμφὶ τὰς γένυας ἀφρὸς ἦνθ',
Πολύς θ' ἅμα
Καὶ κτὶ τ' σκελοῖ ἀφρὸς ἵετο.
Ἦν γὼ τἄνδρες οὐκ ἐλάσσως
Τᾶς ψάμμας τοὶ Πέρσαι.
Ἀγροτέρ' Ἄρτεμι, σηροκλόνε,
Μόλε δεῦρο, παρσένε σιὰ,
Ποτὰς σποδὰς, ὡς
Σωέχῃς πολυὶ ἀμὲ χρόνον·
Νῦν δ' αὖ
Φιλία δ' αἰὲς θ' ὑπορ@ εἴη
Ταῖσιν σωθήκαις·
Καὶ τᾶν αἰμυλᾶν ἀλωπέκων
Παυσαίμεθ'. ὦ
Δεῦρ' ἴθι, δεῦρ', ὦ
Κυναγὲ παρσένε.

ΛΥΣ. Ἄγε νῦν ἐπειδὴ τἄλλα πεποίηθ' καλῶς,
Ἀπάγεσθε ταύτας, ὦ Λάκωνες· τὰς δέ τε
Ὑμεῖς. ἀνὴρ δὲ παρὰ γυναῖκα, κἢ γυνὴ
Στήτω παρ' ἄνδρα· κἄτ' ἐπ' ἀγαθαῖς συμφοραῖς
Ὀρχησάμενοι θεοῖσιν, εὐλαβώμεθα
Τὸ λοιπὸν αὖθις μὴ ξαμαρτάνειν ἔτι.
Πρόσαγε χορόν· ἔπαγε Χάριτας·
Ἐπὶ δὲ κάλεσον Ἄρτεμιν·
Ἐπὶ δὲ Δίδυμον ἄγε χορὸν ἱππίου
Εὔφρον'· ὀπὶ δὲ Νύσιον,
Ὃς μετὰ Μαινάσι βάκχειο@ ὄμμασι
Δαίεται·
Δία τε πυρὶ φλεγόμενον,
Ἐπί τε ποτνίαν ἄλοχον ὀλβίαν.

Εἶτα

vſ. 1258. Θαγόντας, οἰῶ, τὸν ὀδόντα] Θαγόντας aor. 2. a θήγω. poteſt etiam legi θάγοντας in praeſenti, pro θήγοντας. Ceterum Comicus videtur imitatus locum Euripidis in Phoeniſſis vſ. 1390. Κάπροι δ' ὅπως θήγοντες ἀγρίαν γένυν Ξυνῆψαν, ἀφρῷ δ' ἀναζέουσι γενειάδες· *Sicut apri aciuentes ſaevum os* (*i. e. dentes*) *commiſerunt pugnam, ſpuma madidi barbas.* Huc pertinet illud in Ranis vſ. 823. Θήγοντ@ ὀδόντα ἀντιτίχνᾳ. Virgilius III. Georg. — *denteſque Sabellicus exacuit ſus.* οἰῶ autem eſt *puto*, ſed hoc loco abundat, ut aliquoties in antecedentibus.

vſ. 1259. Ἀμφὶ τὰς γένυας ἀφρὸς] Vide locum modo ex Euripide adductum. Pro γένυας autem Editio Farrei γένας.

Ibid. Ἧνθει] Pro ἤνθει. ab ἀνθῶ.

vſ. 1262. Ἦν] „ Pro ἦσαν. Sic apud Sophoclem in „ Trachiniis vſ. 527. aut 529. ἦν δ' ἀμφίπλικτοι κλίμακες. „ ubi Scholia: ἦν, ἀντὶ τοῦ ὑπῆρχον Ex Notis *Kuſteri.*

Ibid. Ἦν γὰρ τ' ἄνδρες οὐκ ἐλάσσως] Pro ἦσαν γὰρ θ' οἱ ἄνδρες οὐκ ἐλάσσως.

vſ. 1263. Τᾶς ψάμμας τοὶ] Pro τᾶς ψάμμης (ſive τῆς ψάμμου) οἱ —

vſ. 1264. Ἀγροτέρ' Ἄρτεμι] In Theſmoph. vſ. 120. Ἄρτεμιν ἀγροτέραν.

Ibid. Ἄρτεμι σηροκλόνε] Pro θηροκλόνε. Euripides in Iphigenia Aulidea vſ. 1570. ὦ Θηροκλόνε Ἄρτεμι παῖ Διός.

vſ. 1265.

Exacuentes dentem: plurima
Autem circa ora ſpuma efflorescebat:
Plurimaque ſimul
Per crura ſpuma fluebat.
Erant enim viri non pauciores
Quam arena, ipſi Perſae.
Sylvarum potens Diana, venatrix,
Huc ades, virgo Diva,
Ad foedus noſtrum, ut
Concordiam noſtram diu tuearis:
Utque jam deinceps
Amicitia ſit facilis,
Inito foedere:
Et aſtutiam vulpinam
Miſſam faciamus: ô
Huc ades, ô
Venatrix virgo.
Lys. Agite nunc, rebus bene geſtis ceteris,
Abducite iſtas, ô Lacones: has autem
Nos *abducemus:* vir apud foeminam, & foemina
Stet apud virum: & deinde ob felicem rerum ſucceſſum
Choreis in Deorum honorem peractis, caveamus
Deinceps rurſus peccare.
Adduc chorum: adduc etiam Gratias:
Praeterea Dianam invoca:
Invoca etiam Geminum (Dianae) Chori ducem Paeanem
Benignum: invoca Nyſeum,
Cui cum Maenadibus oculi
Sunt ardentes, (*flagrantes*)
Jovemque igni coruſcum:
Invoca & Conjugem ejus beatam divam:

Et

vſ. 1265. Παρσίνε σιά] Pro παρθένε θεά.
vſ. 1266. Ποτίας] Pro πρὸς τάς.
vſ. 1267. Ἀμὲ] Pro ἡμᾶς.
vſ. 1269. Αἶς] Pro αἰὲν i. e. ἀεί.
vſ. 1271. Τᾶν αἰμυλάν] Pro τῶν αἰμυλῶν· ab αἰμύλη, ſive τῶν αἰμύλων ab αἰμύλος.
vſ. 1278. Ἐπ' ἀγαθαῖς συμφοραῖς ὀρχησάμενοι] Euripides in Alceſtide vſ. 1155. Χορὸς ἐπ' ἐσθλαῖσι συμφοραῖσιν ἰσάναι· *Choreas ob felicem rerum eventum inſtituere.*
vſ. 1283. Διδυμον ἄγε χορόν] Scribendum ἀγέχορον, ſi per Δίδυμον intelligitur Apollo; qui ita dici poteſt, vel quia uno partu eſt editus cum Diana, ut recte Biſetus: vel quia in Didymis, loco quodam Mileti, eſt Oraculum Apollinis, unde etiam Διδυμαῖος dicitur; Scholia: ἀπὸ Διδύμων τῆς Μιλήτε τόπε Διδυμαῖος Ἀπόλλων καλεῖται. Poteſt autem & ἄγε χορὸν ſcribi, & ſic verti: *Adduc & geminum chorum.* Scholia: ἢ ὅτι δύο εἰσὶ χοροὶ, ὁ τῶν Λακαίνων, καὶ ὁ τῶν Ἀθηναίων. *Aut* (δίδυμον dicit Comicus) *quia duo ſunt Chori, alter Laconum, alter Athenienſium.* Sed prior expoſitio magis placet.
Ibid. Ἴϊον] Eſt Epitheton Apollinis; in Veſpis vſ. 870. Ἰὴς Παιάν. Ceterum Editio Farrei pro ἴϊον habet οἰκεῖον: quod non placet.
vſ. 1284. Νύσιον] Bacchi Epitheton a loco.

Εἶτα δὲ δαίμονας, οἷς ὀπιμάρτυσι
Χρησόμεθ' οὐκ ὀπιλήσμοσιν
Ἡσυχίας πέρι τ μεγαλόφρονος,
Ἣν ἐποίησε θεὰ Κύπρις.
Ἀλαλαὶ ἰὴ παιήων.
Αἴρεθ' ἄνω ἰαή,
Ὡς ὀπὶ νίκῃ ἰαή.
Εὐοὶ, βύοι. βὺαὶ, βὺαί.
Λάκων τις φάνη δὴ σὺ μῦσαν
Ἐπὶ νέα νέαν.

ΧΟΡΟΣ ΛΑΚΩΝΩΝ.

Ταὔγετον αὖτ' ἐραννὸν ἐκλιποῦσα μῶσα,
Μόλε Λάκαινα, πρεπτὸν ἁμὶν
Κλεῶσα τ' Ἀμύκλαις Ἀπόλλω σιὸν,
Καὶ χαλκίοικον Ἀσάναν,
Τυνδαρίδας τ' ἀγασῶς,
Τοὶ δὴ παρ' Εὐρώταν ψιάδδονθι.
Εἶα μάλα ἔμβα, εἶα,
Ὦ εἶα κῦφα πάλλων.
Ὦ Σπάρταν ὑμνείωμες,
Τᾷ σιῶν χοροὶ μέλονθι,
Καὶ ποδῶν κλύπ.
Αἵ τε πῶλοι ταὶ κόραι
Πὰρ τὸν Εὐρώταν
Ἀμπάλλονθι πυκνὰ ποδοῖν
Ἀγκονθύεσαι.
Ταὶ δ' κόμαι σείοντ' αἴθᾳ Βακχᾶν
Θυρσαδδωᾶν τ' παδδωᾶν.

Ἀγῆ

vs. 1291. Ἡσυχίας πέρι τῆς μεγαλόφρονος] In Avibus vs. 1321. τῆς ἀγαυόφρονος ἡσυχίας.

vs. 1293. Ἀλαλαὶ ἰὴ Παιήων] Ita & in Avibus vs. 1761.

vs. 1298. Ἐπὶ νίκᾳ] Verti quasi esset ἐπὶ νίᾳ. Scholiastes tamen ἐπὶ νίκα in accusativo pl. neutrius generis videtur legisse, qui exponit: ἐπὶ νεώτερα πράγματα νέαν μῦσαν, id est. *Ad res novas novam musam*; sed hoc non satis placet.

vs. 1299. Ἐραννὸν ἐκλιποῦσα Μῶσα] Pro ἐρατεινὸν ἐκλιποῦσα Μῶσα. Vox ἐραννὸς & apud alios occurrit.

vs. 1300. Πρεπτὸν] Formatum a πρέπω· ἁμὶν autem pro ἡμῖν.

vs. 1301. Κλεῶσα] Pro κλείουσα, a κλέω. σιὸν autem pro θεὸν.

vs. 1302. Χαλκίοικον] Ita dicta fuit Minerva apud Spartanos, vel quod aereum ei esset ibi templum, vel quod a Chal-

Et deinde ceteros Deos, quibus
Teſtibus utemur non oblivioſis
Circa dulcem pacem,
Quam fecit diva Cypris.
Alalae Io Paean,
Tollite vos ſublimes; Io!
Tanquam victoria potiti, Io!
Euoe, Euoe. Euae, Euae.
Lacon tu jam profer cantilenam
Novam poſt novam.

CHORUS LACONUM.

Taygetum dilectum relinquens Muſa
Veni Lacaena, venerandum nobis
Celebrans illum in Amyclis Apollinem Divum:
Et Chalcioecam Minervam:
Tyndaridasque fortes,
Qui propter Eurotam ludunt.
Eja perge magis eja,
ô Eja, leviter (*molliter*) ſaltans.
ô! Spartam celebremus,
Cui Deorum chori curae ſunt,
Et pedum ſtrepitus:
Tanquam pulli equini puellae
Propter Eurotam
Subſultant crebro, pedibus
Arenam ſpargentes;
Comae autem earum quaſſantur quaſi Baccharum *comae*,
Thyrſos ferentium & ludentium.

Praeit

a Chalcidenſibus conditum. Vide Suidam in Χαλκίοικος. Ἀσάναν autem pro Ἀθήναν.

vſ. 1303. Τυνδαρίδας ταχασοὺς] Pro Τυνδαρίδας τε ἀχαθὸς. Sunt autem Caſtor & Pollux.

vſ 1304. Ψιάδδοντι] Pro ψιάζουσι, a ψιὰ, quod eſt χαρά, teſte Suida. ἐψιᾶσθαι etiam eſt *ludere*.

vſ. 1308. Τᾷ σιᾶν χορὶ μέλοντι] Pro τῇ (quod pro ᾗ) Θιᾶν χορὶ μέλουσι.

vſ 1311. Πάρ] Pro παρά.

vſ 1312. Ἀμπάλλοντι] Pro ἀμπάλλουσι. Vide ad Ranas vſ. 1400.

vſ. 1313. Ἀγκονείσαι] Id eſt, ἐγκονῆσαι.

vſ. 1314. Αἴπυ] Pro ἅπυ. Vide vſ. 1257. Βακχᾶν pro Βακχῶν.

vſ. 1315. Θυρσαδδᾶν καὶ παδδᾶν] Pro Θυρσαζουσῶν καὶ παιζουσῶν, ut ipſe ait Scholiaſtes.

Ἀγῆ δ' ἁ Λήδας παῖς
Ἀγνὰ χρυσὸς θύρεπής.
Ἀλλά γε κόμαν
Παραμπυκίδδετε.
Χειρὶ ποδοῖν τε πάδδᾳ, πάδδᾳ,
Αἴ τις ἔλαφος.
Κρότον δ' ἅμα ποίᾳ
Χορῳ φελέταν.
Καὶ τὰν σιὰν δ' αὐτὰν κραπίζαν,
Χαλκίοικον ὕμνᾳ,
Τὰν παμμάχον.

vſ. 1316. Ἀγῆται] Pro ἠγεῖται. Editio Farrei hic habet ἀγῆται. quod magis eſt Doricum, ut patet ex Ἀγησίλαος.

Ibid. Ἁ Λήδας παῖς) Helena eſt. Sed mallem ἁ Λατοῦς παῖς, *Latonae filia*, ut intelligatur Diana.

vſ. 1319. Παραμπυκίδδετε] Pro παραμπυκίζετε. ab ἅμπυξ.

Praeit autem Ledae filia
Caſta dux chori pulchra.
Sed comas redimiculis
Innectite.
Manu pedibusque lude, lude,
Ut aliqua cerva:
Plauſum ſimul fac
Choro utilem:
Et Deam ipſam fortiſſimam
Chalcioecam celebra,
Bellatricem.

πυ῀ρ redimiculum.

vſ. 1320. Πάϸδε, πάϸδε] Ita MS. Vat. teſte Kuſtero. Vide vſ. 1315. alias πάϸδε.

vſ. 1321. Αἵ τις] Pro ϗ τις, id eſt, ὥσπερ τις.

C. A. DUKERI

NOTAE

IN

ARISTOPHANIS

PLUTUM, NUBES, RANAS, ET EQUITES.

C. A. DUKERI

NOTAE

IN

ARISTOPHANIS

PLUTUM, NUBES, RANAS, ET EQUITES

C. A. DUKERI
NOTAE
IN
ARISTOPHANIS
PLUTUM, NUBES, RANAS, ET EQUITES.

NOTAE IN PLUTUM.

vſ. 17. Ἀποκριναμένῳ] Puto haec referenda ad τυφλῷ, quod eſt in vſ. 13. neque enim video, cur hoc ductus orationis non patiatur; maxime cum e ſeqq. pateat, Plutum non reſpondere voluiſſe. utique durius videtur genitivum abſolutum ſtatuere, quod placet Girardo.

vſ. 21. Στέφανον ἔχουλά με] Huc reſpicit, opinor, Schol. Sophoclis ad Oedip. Tyr. vſ. 82. ubi Creonem coronatum lauro ab oraculo Apollinis redire ait Poëta: οἱ γὰρ ἐπί τινι αἰσίῳ παραγενόμενοι ὑπὸ Δελφῶν ἐστεμμένοι ἐπανήεσαν, ὡς καὶ Ἀριστοφ. ὑπὸ Πλούτῳ φησί.

vſ. 30. Ἱερόσυλοι ῥήτορες] Diſtinctionem interponendam videtur cenſere Brodaeus 1. Miſc. 7. obſcure enim loquitur, ut non ſatis conſtet, quae ſit ejus ſententia. de pravitate rhetorum autem idem ibid. & Thom. Mag. in ῥήτωρ. ubi & hunc locum laudat.

vſ. 38. Ὡς τῷ βίῳ τοῦτ' αὐτὸ κ. τ. λ.] Heinſ. in notis ad Scholiaſtas Heſiodi p. 94. putat, Ariſtophanem verſibus praecedentibus reſpexiſſe ad ea, quae ſcribit Heſiodus ἔργ. vſ. 68.

vſ. 39. Ἔλακεν] Schol. Προσδιασύρων Εὐριπίδην. Is Oreſt. vſ. 162. de Apolline dicit ἄδικ' ἄδικα ἔλακεν. ubi notat Scholiaſtes, eſſe verbum tragicum, quo & Ariſtophanes uſus ſit. Nempe Euripides & forte alii Tragici (nam Euſtath. τραγικοὶ, dicit) λακεῖν, ἁπλῶς dixerunt pro φωνεῖν ἢ λαλεῖν, cum tamen ea vox id non proprie ſignificet, ſed omnem ſonitum rei inanimatae notet. Unde & Ariſtophanes, cum ἔλακε de reſponſo Phoebi dicit, eos ridere exiſtimatur. v. Euſtath. in Il. N. p. 950. 11. Add. Schol. Euripid. l. l. eſt autem ἔλακε, vel a ληκέω, vel a λακέω. apud Heſych. eſt ληκεῖν, ληκῆσαι, ληκῆσι, λάκε, λακεῖν. De ſertis autem, quibus coronabatur & tripus Apollinis & Pythia v. Spanhem. ad Callim. Hymn. in Apollin. vſ. 1. & in Delum vſ. 88. p. 388.

vſ. 46. Ὦ σκαιότατε] *Stolidiſſime.* vid. Euſtath. ad Od. Γ. p. 1468. 62.

vſ. 63. Τὸν ὄρνιν] Schol. ἀπὸ μεταφορᾶς. Euſtath. in Il. 24. p. 1346. 44. πᾶν σύμβολον μέλλοντος ὄρνις ἐκαλεῖτο, ἀπὸ μίμησις. idque convenientius videtur, quam ἀπὸ μεταφορᾶς, quod habet Schol. Add. de hac ſignificatione vocis Th. Mag. & Suid. ὄρνις. e quo corrigendus videtur Schol. quod enim apud hunc eſt ἐκφοβητικὸν, ibi legitur ἐφεκτικὸν, id eſt, *quod ab incepto aliquem deterret.* Quae ſequuntur ὄρνις, ἐπιφώνησις, πλαγμὸς, ita intelligenda videntur, ut dicat ὄρνιν dici etiam ἐπιφώνησιν & πλαγμὸν. nam apud Suidam eſt, ὄρνις. ἐπιφώνησις. πλαγμός. quae Interpr. non vertit.

vſ. 69. Ἀιαθεῖς] Notat Suid. hoc fere dici de inanimatis, ſed Ariſtoph. etiam dixiſſe de animatis. Euſtath. autem in Il. 22. p. 1260. 49. Atticos ἀναθεῖναι dicere pro ἐπιθεῖναι, laudato hoc loco.

vſ. 111. Οἰμωξῇ μακρά.] In aliis edd. οἰμώξεις, quod rectius videtur. nam ut ſit futur. medium, cujus ſecundam perſonam Attici per ει efferunt, non videtur convenire huic verbo.

vſ. 159. Μοχθηρίαν] Suidas, μοχθηρία, ἡ τῆς ἀργυρίου ἐπιθυμία. ἢ ἡ αἴτησις τοῦ ἀργυρίου. Ἀριστοφάνης· Ὀιόμαι &c. Kuſter. notat Suidam male interpretari hanc vocem: non enim hic ſignificare *avaritiam,*

ritiam, vel *pecuniae cupiditatem*, sed potius *turpitudinem*, seu *obscoenam, libidinem*: idque ex ipso Comico patere dicit. Mihi consideranti seriem eorum, quae Poëta dicit, secus videtur. nam cum dixisset, omnes omnia facere pecuniae gratia, Carion se vel exigui argenti causa servum esse subjicit: quem excipiens Chremylus ait, meretrices Corinthias dici pauperes amatores ne audire quidem, divitibus mox copiam sui facere. Tum Carion, immo & pueri hoc, inquit, faciunt, nec amatorum sed pecuniae gratia; quod cum de meritoriis, non de his, qui frugi essent, verum esse respondisset Chremylus; eos enim vel equum, vel canes venaticos, non argentum petere; reponit ei Carion, hoc ideo ab iis fieri, quod eos pudeat argentum petere, sed tamen alias res petendo, eos nomine earum rerum velare τὴν μοχθηρίαν. ex his satis apparet, non tam accipiendam hanc vocem de libidine, quam de avaritia & pecuniae cupiditate. hoc enim ait comicus, cupidi sane sunt pecuniae & amant suos amatores τἀργυρίου χάριν, ut vs. 154. sed avaritiam suam ita tegi putant & latere, si non pecuniam, sed aliam quampiam rem petant, perinde atque eam sine avaritiae nota honestius & petere & accipere possint, quam pecuniam. itaque nihil est causae, cur Suidas hanc vocem male interpretatus dici debeat. Si quid ab eo erratum est, id forte in eo est, quod mutatione casus nominum sententiam Scholiastae pervertisse, vel certe non satis perspexisse videri potest. nam cum Schol. ita notet, μοχθηρίαν, τὴν τῶ ἀργυρίου ἐπιθυμίαν. ἢ τὴν τῆ αἰτήσεως τῶ ἀργυρίου, non subaudiendum est, τὴν ἐπιθυμίαν τῆ αἰτήσεως τῶ ἀργυρίου, sed τὴν μοχθηρίαν, id est, *improbitatem petitionis*, vel *improbam petitionem*. Suidas cum μοχθηρία nominativo casu ponit, & subjicit ἡ αἴτησις τῶ ἀργυρίου, non videtur attendisse, deesse apud Schol. vocem μοχθηρία. Itaque quod Schol. dicit per μοχθηρίαν hic posse intelligi τὴν μοχθηρίαν τῆ αἰτήσεως τῶ ἀργυρίου, Suidas dicit μοχθηρίαν posse esse non τὴν μοχθηρίαν τῆ αἰτήσεως, sed αἴτησιν. H. Steph. in Lex. μοχθηρίαν h. l. censet debere verti, *improbam cupiditatem*.

vs. 160. Σοφισμαῖσι] Schol. σοφίσμασι τοῖς δόλῳ λόγων μαθήμασι. Sed videtur potius intelligere imposturas, dolos, de quibus mox, nempe τὸ λωποδυτεῖν, τοιχωρυχεῖν. opponit τέχναις σοφίσματι.

vs. 173. Τὸ ξενικὸν ἐν Κορίνθῳ] Vid. Harpocrat. & Suidam, qui & in ξενικὸς quaedam habet ex Schol.

vs. 174. Κλαύσει] Graev. ad Hesiod. Ἔργ. vs. 184. vertit, *plorare solet*. vid. ibi plura exempla. de Pamphilo autem aliter sentit Palmer. sed Scholiastae sententiam firmat Suidas.

vs. 175. Βελιοπόλης] Hoc vertunt omnes tanquam nomen proprium viri: sed puto notissimum quendam fuisse acuum venditorem, qui hac sola designatione, etiam non dicto nomine, ab omnibus esset cognitus. est enim revera nomen commune. vid. Thom. Mag. in βελόνη. Polluc. l. 7. n. 197. Suidas: Βελιοπώλης, παράσιτος &c.

vs. 176. Ἀργύριος] Sic & Suidas hunc vocat in πέρδικι. Sed in lit. A Ἀγύριον, ubi & alios memorat, quibus Ἀγύρριος nomen fuit, unde Portus non sine causa suspicatur hic quoque legendum Ἀγυρρίου, quod mihi quoque metri causa magis placet, & Valesio ad Harpocrationem v. Ἀγύρριος visum animadverto ob eandem causam. Non sunt autem, opinor, cum eo, de quo h. l. Aristoph. confundendi alii eodem nomine, quos memorant Harpocration loco dicto & v. Θεωρικά, & Suidas: quanquam Ulpianus ad Demosthenem Ἀγύριον illum demagogum, de quo Harpocration loco dicto, Demosthenes & alii, eum velit esse, quem hic ridet Poëta. quod si ita esset, videtur etiam Scholiastes id notaturus fuisse. Ἀργύριον ducem quemdam Athenienſium fuisse e Xenoph. notat Palmerius.

Ibid. Πέρδικι] Portus ad Suidam v. Ἀγύριος, hoc ita accipit, quod homo ille pecuniae comparandae causa publice impudenter pedere solitus fuisset, quod contra mentem Aristoph. videtur esse: is enim docere vult, Agyrrhium, quod dives esset, adeo mollem atque impudentem fuisse, ut sine ulla verecundia aliorum hominum etiam in publico crepitus ventris emitteret, ut Schol.

vs. 177. Φιλέψιος] Suidas scribit, notari eum ab antiquae comoediae Poëtis, ἐπὶ τῷ μεταξὺ τῶ δημηγορίαν μύδους λέγειν, & ab iisdem perstringi εἰς παυσχίαν, quae non conveniunt cum iis, quae notat Schol. Kuster. putat Suidam ea descripsisse ex alio veteri Schol. de Etymologia nominis hujus vid. Eustath. ad Od. P. p. 1831. 4. qui scribit ἐψιάᾶς esse, λόγῳ παίζειν, ἐψιᾶ, γελᾷ, παίζῃ, ἁλιλέγει &c.

vs. 178. Ἡ ξυμμαχία] Palmer. hoc accipit de Chabria, qui sine jussu populi praemiorum magnitudine inductus Nectanebum R. Aegypti adjutum profectus, regnum ei constituerit, ut C. Nepos in Chabria cap. 2. Diodorus eum Regem, qui a Chabria adjutus est, Tacho vocat, Nectanebi patrem, a quo Nectanebus deinde defecerit; sed de re ipsa non satis convenit inter auctores. vid. not. ad Nep. Quidquid autem sit, apparet ex ratione temporis, Aristophanem de hac profectione Chabriae in Aegyptum loqui non posse, cum constet Plutum actam A. 4. Olymp. 97. Archonte Antipatro, ut Schol. ad vs. 173. & Auctor Argumenti, monuerunt: bellum autem illud Tachus R. Aegyptiorum contra Persas, in quo is Ageſilaum copiis terrestribus, Chabriam classi praefecit, inciderit in A. 3. Olymp. 104. Araxerxis Mnemonis ultimum. adeoque totis 28. annis

annis post hanc fabulam actam. vid. Diodor. Sic. l. 15. p. 506. Idem eod. libro p. 471. Acorin R. Aegyptiorum narrat, bellum adversus Artaxerxem parantem, Chabriam arcessivisse, qui copiis ipsius praeesset. sed hoc quoque post hanc fabulam actam incidit: refertur enim a Diodoro ad annum Artaxerxis Mnemonis 28. 4. Olymp. 100. adeoque duodecimo anno post Plutum actam. Scholiastes nulla habita ratione temporis omnia miscet. Amasis enim, cum quo societatem habuisse Athenienses refert, vixit tempore Cyri, & inter initia Cambysis mortuus est, ejus filius fuit Psammenitus, qui ab Cambyse captus & postea interfectus est, quem Scholiast. Psammitichum videtur appellare: nisi quod de Psammiticho ait, in alium quendam Aegypti Regem, qui tempore Artaxerxis Mnemonis vixit, id intelligendum est: nam quae de eo Diodorus narrat lib. 14. p. 415. ad annum 1. Olymp. 95. non abhorrent ab ingenio ejus, quem hic describit Schol. quanquam de ejus cum Athenien sibus societate nihil me apud Diodor. legisse sciam.

vs. 196. Ἀνύσῃ] *Si ea lucratus fuerit.* ita enim saepe hoc verbum accipitur. v. Heins. ad Theocr. c. 23. ad Id. 18. 17. & Casaub. c. 7. ad Id. 5. 144.

vs. 197. Ἢ φησιν, ὡς εἶναι βιωτὸν αὐτῷ τὸ βίον] Versus manifesto repugnat legi carminis: habet enim septem pedes. forte, ἢ φησιν ὡ βιωτὸν, ut εἶναι fuerit ad marginem scriptum a quopiam, qui voluerit notari, id desiderari. Posset etiam sic constitui, ἢ ὡ βιωτὸν εἶναι αὐτῷ τὸ βίον.

vs. 204. Τοιχωρύχῳ τὶς διέβαλ'. εἰσδὺς γάρ ποτε] Videtur leg. διέβαλε: ne quarto loco sit spondaeus.

vs. 244. Θύραζ' ἐξέπεσον ἐν ἀκαρεῖ χρόνου] Vid. Suid. ἀκαρής. Poll. l. 2. c. 3. n. 33. apud Suidam minus recte vertitur, *ejectus sum*, pro *ejici soleo*. ita enim utuntur Graeci aoristis: vid. Graev. ad Hesiod. ἐργ. vs. 184. sic paulo ante εὐθὺς κατάρυξέ μοι. *solet defodere.*

vs. 265. Ἔχων ἀφῖκ᾽] Abundat ἔχων, ut παίζεις ἔχων apud Lucian. Interpres hoc ita accepit, ἀφῖκ᾽ ἐς ὑρο ἔχων πρεσβ. *venit adducens senem*, id est, *secum habens*, quod melius est, quam ut pleonasmus statuatur. si pro ἔχων esset ἄγων, pleniora omnia forent. ut vs. 284.

vs. 268. Ὦ χρυσὸν ἀγελείλας ἐπῶν, πῶς φῇς; φράσον μοι] Versus manifeste vitiosus: deest enim unus pes. sed interponendum πάλιν inter φῇς & φράσον, e Suida in v. σωρός.

vs. 279. Κόβαλος] Explicat hanc vocem Bochart. Geogr. Sacr. part. 2. lib. 1. c. 18. de significatione ejus vid. Suid. Hesych. Harpocrat.

vs. 325. Ὅτιη προθύμως ἥκετε, καὶ συντεταγμένως, καὶ καταβεβλακδυμένως] Schol. καθοπλισμένως, καὶ τάξεως. &c. Bentl. ad Callim. fragm. 233. Scholiasten ait falsam lectionem agnovisse pro vera, συντεταγμένως pro συντεταμένως, ne versus legi metri repugnet. sensit, opinor, de quarta sede, in qua est dactylus, si συντεταγμένως retineatur. hanc emendationem dissimulato Bentleji nomine suam fecit Kusterus ad Suidam v. συντεταγμένως. Assentiendum videtur Bentlejo: neque enim de armatura ulla verbum facit aut sentit Poëta, sed de celeri & non gravato adventu. Hesych. συντεταμένως, συγκεκομμένως, συντόμως εἰρημένως. Pollux l. 3. c. 24. n. 120. quo loco agit περὶ φιλοπόνων, καὶ ὀκνηρῶν, ad priorem significatum refert inter alia, σύντονος, συντεταμένος, ἐντεῖναι, συντεῖναι, ἐπισυντεῖναι, ἐντεταμένως, ἐντόνως; & inter contraria βλαξ, βλακικὸς, βλακεία, βλακεύειν, βλακωδῶς, ut h. l. Arist. τῷ συντεταμένως opponit τὸ καταβεβλακδυμένως. Idem Pollux l. 1. c. 10. n. 155. inter promta ad bellum recenset συντεταγμένος, συντεταγμένως. sed ea videntur ab hoc loco aliena esse.

vs. 329. Τριωβόλου μὲν ἕνεκα] Suidas v. ὠσίας eodem modo haec refert. in τριώβολον autem pro εἵνεκα, ὕνεκα, & pro ἐκκλησία, ἀκκλησία, parum recte, opinor. apud eundem etiam pro ὠσίας, leg. videtur ὦσια, quod etiam Bisetus notat, & Meurs. Glossar. v. ὀσιάριος.

vs. 331. Παρεῖην] *Sinerem, concederem.* est Aor. 2. opt. verbi παρίημι. non bene autem videntur convenire numero ὠσιζόμεθα & παρεῖην, quanquam ita hoc defendi potest, quod chorus recte & singulari numero tanquam de se uno, & plurali, ut de multis, loqui possit. Si tamen παρεῖμεν quis legere mallet, quod frequens est pro παρείημεν, nihil esset difficultatis.

vs. 356. Εἴ τι κεκλοφὼς ἢ Δία &c.] Εἰ saepe notat ὅτι & διότι. sed hoc non solet ita poni in principio orationis, sed praecedente aliquo verbo, vel parte sententiae. forte pro εἰτι leg. est ἤτι, ut referatur ad seqq. ἤτι ἀργύριον, ἢ χιτῶνα. quod autem Interpres vertit, *si tu furatus es*, id intelligi non potest.

vs. 462. Τί δ' ἂν γ' ὑμεῖς ἀγαθὸν ἐξεύροιθ'; Χ. ὅ, τι] Claudicat aperte versus. videtur leg. γε ὑμεῖς, vel γὰρ ὑμεῖς. nam prima in ὑμεῖς longa est, vid. supra vs. 419. Homer. Il. 1. 18. 260. Il. 2. 74.

vs. 482. Τὸ γὰρ αὐτό γ', ἂν ἡτιᾶσθε, κἀσφῷ δεῖ παθεῖν] Schol. legit αὐτὸ ἐὰν ἡτ. quod non improbandum videtur. vel γ' ἐὰν, quod in aliis esse notavit Scal.

vs. 499. Οὔτις ἄν. ἐγώ σοι τάτε μάρτυς· μηδὲν ταύτῳ γ' ἀνιρᾶτα] Ita est interpungendum. non constat autem versus. nam ante τάτε duo absolvi debent pedes ex lege hujus carminis. forte ὠδὶς debent pedes ex lege hujus carminis. forte ὠδὶς (quod in aliis esse notat Girardus) ἂν ἐγὼ τοιτε vel ἄτις. ἐγώ σοι τάτε. prius magis mihi probatur: nam repetitio τῷ ἄν, non incongruens est, etsi parum refert, utrum praeferas.

vs. 502. Πολλοὶ οὗτις πονηροὶ πλουτοῦσι, δικαίως αὐτὰ συμπεφόρβοι.] Sermo magis respicit sententiam, quam

quam verba: neque enim αὐτὰ habet, quo referatur: sed infertur, quia praeceſſit πλατῶσι, quod idem eſt ac ſi dixiſſet χρῳᾶλα συκέγυσι.

vſ. 505. Οὐκῶν εἶναί φημ', ἢ παύσῳ ταῦτ', ἢν βλέψῃ ποθ' ὁ Πλᾶτ@, Ὅθον, ἥν τιν' ἰὼν τοῖς ἀνθρώποις ἀγαθ' ἂν μείζω πορίσειεν.] Haec ſatis ſunt intricata & obſcura. Scholiaſtae quoque confuſe multa garriunt. Ordo hic eſt, ἐκεῖν φημὶ εἶναι ὁδὸν, ἢ παύσῳ ταῦτα, ἢν βλέψῃ ὁ πλᾶτ@, ἥντινά τις ἰὼν κ.τ.λ. quem etiam unus e Scholiaſtis attigit. *Dico unam eſſe viam, qua haec in melius reducantur, qua finis huic rei fiat, ſi Plutus viſum receperit, vel ſi Pluto viſus reddatur: quam viam ſi quis ingreſſus fuerit &c.* Interpres ſecutus unum e Schol. verba ἥν τιν' ἰὼν refert ad Plutum, *quam viam ſi ille eat.* in quo erraſſe mihi videtur. ait enim Chremylus unam eſſe viam, id eſt, rationem finem faciendi his rebus, ſi Plutus viſum recipiat. Jam vero Plutus ipſe eam rationem inire non volebat, nec poterat, ſed ſenes qui cum Penia ea de re litigant. In ἥντινα autem ſubaudiendum τις docent etiam Scholia meliora. Scholiaſtes autem ille, qui ait κακέμετρον hunc verſum eſſe, videtur ex eorum numero eſſe, quos perſtringit Schol. alius in fine notae.

vſ. 518. Οἱ θεράποντες μοχθήσουσι. Π. πόθεν ἓν ἕξεις θεράποντας] Leg. μοχθήσουσιν.

vſ. 529. Σταλίοις] Schol. τοῖς ὑγροῖς καὶ χριτίμοις, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν ξηρῶν. Suid. τοῖς ὑγροῖς καὶ δοκίμοις. Hoc ſatis commodum habet ſenſum. non dubitem tamen praeferre lectionem Schol. nam & inter ξηρὰ ſunt δόκιμα. eod. verſu μυροισιν legendum eſt e Suida, metri cauſa.

vſ. 530. Οὐθ' ἱματίων βαπτῶν ἁπαλαῖς κοσμῆσαι ποικιλομιτρῶν.] Schol. Βαπτὰ γὰρ ἱμάτια φορῶσιν οἱ νυμφίοι, πρὸς τὸ φαίνεσθαι τεκμήριον, οἶμαι, τῶν βαφῶν. Suid. v. βαπτῶν habet τῶν φθορᾶς, pro βαφῆς. Kuſter. ad Suidam ſcribit rectius legi apud Scholiaſten Comici, eumque ſe in verſione ſequi. vertit autem, *ut tincturae eſſent indicium.* Ego autem in his verbis nullam plane invenio commodam ſententiam: *ſponſi geſtabant verſicolores veſtes, ut tincturae eſſent indicium.* Nec plus ſani ſenſus videtur in illo Suidae φθορᾶς. Suſpicabar ſententiam eſſe Schol. ideo verſicoloribus veſtibus uti ſponſos, ut indicaretur duorum conjunctio, & quaſi commiſtio, quemadmodum in verſicoloribus veſtibus plures junguntur & miſcentur colores: ſed hoc difficile eſt affirmare. Ad defendendam autem lectionem Suidae videtur dici poſſe, φθορὰν ibi eſſe ſponſi & ſponſae conjunctionem, ſeu μίξιν, quemadmodum permiſtiones colorum a pictoribus φθοραὶ vocantur. Verum dum nihil melius ſuccurrit, malim e corrupto Suidae φθορᾶς, apud utrumque legere χαρᾶς, *gaudii*: nam ποικίλας ἑσθῆτας gaudii fuiſſe ſignum, apparet ex eo, quod etiam viri iis utebantur ἐν ἑορταῖς καὶ πανηγύρεσι. vid. Salmaſ. ad Vopiſci Aurelian. c. 46. p. 560. Ferrar. de R. V. l. 3. c. 22. Ceterum βαπτὰ ἱμάτια ſunt ποικίλα, *veſtes verſicolores*, a βάπτειν, quod ſaepe idem eſt, quod ποικίλλειν. vid. Salmaſ. ad Vopiſci Carin. c. 20. p. 852. Vopiſci Aurelian. c. 46. p. 560. Trebell. Poll. xxx. Tyr. c. 30. p. 328. ubi & h. l. laudat. Verſicolores autem veſtes cum non liceret Athenis geſtare, niſi meretricibus, tamen ἐν ἑορταῖς καὶ πανηγύρεσι etiam viris conceſſas fuiſſe, patet ex iis, quae leguntur apud eundem ad Aurelian. p. 560.

vſ. 536. Κολοσυρτὸν] Interpr. *voces gemebundas.* Sane κολοσυρτὸς ſtrepitum notat, ut apparet e Schol. Suida, Heſychio. ſed non video quomodo is poſſit tribui puſtulis. malo κολοσυρτὸν referre ad omnia praecedentia, & exponere *turbam, multitudinem*, ex Heſychio, qui inter alias ejus ſignificationes habet ὄχλ@, συρφετός.

vſ. 544. Μαλάχης πλόρθυς, ἀντὶ δὲ μάζης, φύλλ' ἰχνῶν φαφανίδων.] Verſus aperte vitioſus. nam duae priores in μαλάχη, utique breves ſunt. Heſiod. ὅσῃ ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ. forte leg. eſt φυλλεῖ' ἰχνῶν, cujus emendationis fundus eſt ipſe Comicus Acharn. vſ. 468. ἐς τὸ σπυρίδιον ἰχνὰ μοι φυλλεῖα δός: tum quae ibi notata ſunt a Scholiaſte: etſi enim is laudans hunc locum φύλλ' legit, tamen ſatis aperte demonſtrat hoc loco ita legendum eſſe, ut iſtic. add. Theſ. Steph.

vſ. 545. Ἀντὶ δὲ θράνης, ῥάμνα κεφαλὴν] Apud Poll. l. 10. c. 11. n. 48. θράνη legitur, non θρανῆς. & recte. eſt enim θράν@ maſcul. ut apparet e Polluce οἱ θράνοι, & e Schol. Comici ad Nubes, ubi θράνης dicit. noviſſimus Editor Pollucis bene cenſet emendandum e Polluce Ariſtophanis locum, ſed hoc jam ante eum obſervaverat H. Steph. Theſ. & in L. Conſtantini ita quoque hic locus laudatur. apud Suidam tamen vitioſe, ut hic, θράνης.

vſ. 541. Σὺ μὲν ὁ τὸν ἐμὸν βίον εἴρηκας, τὸν πλωχῶν' ὑπεκρύσω] Leg. τὸν τῶν πλωχῶν, metri cauſa. ut H. Steph. & L. Conſt. laudant. Kuſter. ad Suidam v. ὑπεκρύσω corrigit τῶν δὲ πλ. prius praefero. Ceterum Pollux l. 9. c. 8. n. 139. videtur legiſſe ἐπεκρύσω. ait enim apud Ariſtoph. Pluto τὸ ἐπικρύσαι ſumi ἐπὶ τῷ κλαπῆναι. vulgatam retinendam puto.

vſ. 559. Καὶ τὴν γνώμην, καὶ τὴν ἰδέαν. παρ' αὐτῷ μὲ γὰρ ποδαλγοῦντες.] Verſus tribus vitiis laborat. Primum, quod ſede quinta eſt jambus παρ' αὐ-. deinde, quod abundat altera particularum μὲ & γὰρ. poſtremo quod ποδαλγοῦντες metrum reſpuit. forte παρὰ αὐτῷ γὰρ ποδαγρῶντες. ſane ποδαγρῶντες lectum in quibusdam teſtatur Scholiaſtes. Steph. in Theſ. v. ποδαγράω, notat ποδαλγοῦντες invito metri. egi, & μὲ omittit. exiſtimat forte παρ' pro-

duci

duci ob liquidam. Porro ex hoc loco Aristophanis videtur refelli posse Thom. Mag. qui negat ἰδέαν dici περὶ ἀνθρώπου.

vs. 621. Ἐγκατακλινῆντ'] Hoc intelligendum videtur de senibus, qui se eum ad Aesculapii deducturos ibique collocaturos dicunt. ut v. 411. κατακλινεῖν αὐτὸν εἰς Ἀσκληπιεῖ. est autem dualis futur. particip. Scal. notat, in aliis esse ἐγκατακλινοῦντες.

vs. 627. Θησείοις.] De tempore instituti ostracismi, de quo Schol. vid. quae disputat Scalig. ad Euseb. n. 789. Mauss. ad Harpocr. v. ἱππαρχῶ. & ad ejus notas Vales. Periz. ad Aelian. 13. V. H. 24.

vs. 660. Ἐπεὶ δὲ βωμοῦ.] Schol. ita ordinat, repetendo καθωσιώθη: ἐπεὶ δὲ βωμῷ καθωσιώθη τὰ πόπανα, καὶ τὰ προβούμαλα καθωσιώθη Ἡφαίστῳ φλογί, ὁ πέλανος λέγω. ut πέλανος sit interpretamentum τῶ προβούμαλα. nam πόπανα in parte quadam aras posita, (quod etiam videtur indicare v. 678. seq.) προβούμαλα autem, quae πέλανος illi dicuntur, igne adoleri solita scribit. itaque ex illius sententia πόπανα inter προβούμαλα non erant. De popanis &c. vid. Suid. πόπανον, προβούμαλα. add. Periz. ad Aelian. 11. V. H. 5. Etymologiam vocis πόπανον adfert Eustath. in Iliad. Δ. p. 437. quo loco etiam nostrum laudat.

vs. 725. Ἵν' ἐπομνύμον παύσω σε τῆ ἐκκλησίας.] Et locus difficilis est, & Schol. aliique, qui de discrimine verborum ἐπωμοσία, ὑπωμοσία &c. scripserunt, ipsi etiam inter se dissentiunt. Schol. ἐπομνύμον exponit ἐκκαλούμον. hoc quid sit non adsequor. videtur de vocatione in jus intelligere, ut apparet ex illis, ἐκκαλεῖται δὲ εἰς τὸ δικαστήριον πολλάκις. at ita intermedia illa: ἐπωμοσία δέ ἐστιν, ἣν ἐπιδίδωσιν ὁ βουλόμενος ἀντειπεῖν ψηφίσματι εἰσφερομένῳ, non suo loco posita fuerint, & ἐκκαλούμενον cum his, quae post ea, quae posui, subjiciuntur, nempe ἐκκαλεῖται δὲ cet. conjungenda. Jam quod hic ἐπωμοσίαν vocat Schol. Pollux ὑπωμοσίαν dicit, l. 8. c. 6. n. 44. παρανόμων δὲ (δίκη ἐστὶν) εἴ τις ψήφισμα γράφοι, ἢ νόμον παράνομον. ὑπομοσάμενος γάρ τις τὸ γραφὲν, ἃ ἡ κατηγορία ὑπωμοσία ἐκαλεῖτο, ἐδίλεγχεν, ὅτι ἐστὶ παράνομον, ἢ ἄδικον, ἢ ἀσύμφορον. & rursus ibid. n. 56. ὑπωμοσία δέ ἐστιν, ὅταν τις ἢ ψήφισμα, ἢ νόμον γράφοντα γράψηται, ὡς ἀνεπιτήδειον. τοῦτο γὰρ ὑπομόσασθαί λέγουσι, καὶ οὐκ ἦν μὴ τὴν ὑπωμοσίαν τὸ γραφὲν, πρὶν κριθῆναι, κύριον. aliter Harpocration. ὑπωμοσία. τὸ ὑπερτίθεσθαι δίκῃ προφάσει χρώμενον ἀποδημίας ἢ νόσου, ἥτινι τῶ (Gronov. e MS. χρωμένῳ ἀποδημίᾳ, ἢ νόσῳ, ἥτινι τῶ) παραπλησίων, μεθ' ὅρκου, ὅτως ἐλέγετο, καὶ τὸ ποιεῖν τοῦτο ὑπόμνυσθαι. adfert deinde testimonium Demosthenis in Olympiodor. cum quo consentit Ulpian. in Midian. p. 341. add. locum Demosthenis adv. Olympiodor. apud Jungerman. ad Polluc. l. 8. c. 6. n. 56. Pollucis autem sententiam firmat locus Xenophontis 1. Hellen. p. 452. ταῦτ' εἰπὼν Εὐρυπτόλεμος ἔγραψε γνώμην, κατὰ τὸ Κανόνος ψήφισμα κρίνειν τοὺς ἄνδρας, δίκαν ἕκαστον. ἦν δὲ τοῦ βουλῆς ἦν, μιᾷ ψήφῳ ἅπαντας κρίνειν. τούτων δὲ Διομειροτονουμένων τὸ μὲ πρῶτον ἔκριναν τὸν Εὐρυπτολέμου. ὑπομοσαμένου δὲ Μενεκλέους, καὶ πάλιν Διομειροτονίας γενομένης, ἔκριναν τὴν τοῦ βουλῆς. Leunclav. *interposito jurejurando petente dilationem Menecle.* at non tam dilationem petebat Menecles, quam παράνομον, ἄδικον, ἢ ἀσύμφορον istud ψήφισμα esse dicebat. attamen etiam Bud. ita interpretatur Comm. L. Gr. p. 42. Sed Vales. ad Harpocrat. ὑπωμοσία, ita ut Pollux. Sententia porro Comici non minus mihi obscura est. Schol. exponit varie τὸ ἐπομνύμενον. κακηγόρητα, ἐφεδρεύοντα καὶ συκοφαντοῦντα ὑπὲρ τοῦ κερδαίνειν. Constantinus scribit, nonnullos accipere pro ἐπιορκοῦντα, idque Budaeo non displicuisse, ut sit ἐπομνύμενον ἐπὶ κακῷ, *conjurantem.* ipse exponit, *ut te a concione arceam, jurejurando interposito te excusantem & causam adferentem, cur vadari nequeas, & vadimonium obire.* τῆ ἐκκλησίας Schol. accipit pro ταῖς ἐκκλησίαις. unde videtur id conjunxisse cum ἐπομνύμενον, ἐπομνύμενον ταῖς ἐκκλησίαις. qua ratione ἐπομνύμενον participium videtur positum pro infinitivo, nota constructione verbi πεύω. Sed nulla ejus rei causa apparet, cum poëta, si ita voluisset, multo apertius potuisset ponere ταῖς ἐκκλησίαις. quidquid sit, sententia esse videtur: *cum nequam sis & sycophanta, sedebis oculos cataplasmate oblitus, ne in concionibus rempublicam fraudibus ac perjuriis turbes.* Ceterum Girardus legit ὑπομνύμενον, quod maxime placet, hac sententia, *ut te jurejurando contendentem decreta*, vel ψηφίσματα, *iniqua, vel Reip. inutilia esse, & ita saepe rempublicam perturbantem ac laedentem, cum sycophanta sis, arceam a concione, efficiamque ut in eam venire non possis, dum hic καταπλασμένος sedebis.* & ita accipiendum docent etiam seqq. ὡς φιλόπολίς τις ἐὼν ὁ δεῖμων.

vs. 727. Τῶ Πλούτωνι.] Scal. quidam Πλούτωι. Schol. τὸν Πλοῦτον φασὶ λέγεσι, καὶ εἰκότως τὸν αὐτὸν τῶ Πλούτωνι τὸν Ἅιδην νομίζουσι. haec corrupta videntur. nam quid hoc est, Plutum dicunt etiam Plutonem, & non sine ratione Ἅιδην, vel Orcum, & Plutum eundem esse putant. leg. τῶ Πλούτωνι τῶν Ἅιδη. id est, Plutum eundem esse, qui Pluto, id est, Ἅιδης, sive Orcus. vel τῶ καὶ Ἅιδη. nam Pluto etiam Ἅιδης dicitur. Suidas Πλούτων, Ἅιδης. Hesych. Πλούτους, Ἅιδης.

vs. 744. Ἐγρηγόρεσαι] Non video, cur ita praeter rationem hujusmodi verborum legi debeat. forte ἐγρηγόρησαν ἐως, qui anapaestus est.

vs. 772. Κλειτὸν πέδον.] Steph. v. Ἀθῆναι, κλειτὴν πόλιν, id est, *arcem.* ait enim Athenienses arcem suam, ἀκρόπολιν, κυρίῳ ὀνόματι vocare πόλιν, id quod probat auctoritate hujus loci Aristopha-

nei. assentior Berkelio, praeferendam esse Stephani lectionem vulgatae.

vs. 800. Εὖ πάνυ λέγεις· ὡς δὲ Ξέπικος ἔτοσι] Claudicat metrum. forte εὖ μὲ πάνυ. vel simile quiddam. pro ὡς δὲ, malim ὥς γε, nam id etiam ita frequenter accipitur. ὡς δὲ non memini me ea significatione legere.

vs. 816. Ὁ δ' ἰπνὸς ἡμῖν ἐξαπίνης ἐλεφάντινος.] Jungerm. ad Polluc. l. 10. c. 34. n. 156. ἰπὸς. Bentl. ad Callim. fragm. 233. ἶπος. utrumque denotat μυάγραν. Bentleji sententiam probat Kuster. ad Suid. v. ἰπνὸς. rejicit postremus editor Pollucis: ait enim ἰπνὸς, *furnus*, convenientius esse rei ipsi, & quod in Aristophanis Pluto, e quo laudat Pollux εἰπὸς, ea vox nunc non legatur, non debere quemquam morari; quod forte in Pluto primo esse potuerit. tamen non satis intelligo, quid sit *furnus*, vel *caminus eburneus*, aut quomodo iis rebus ebur conveniat, id enim ad loca, in quibus est ignis aut fumus, admoveri nulla ratio est. *lucerna* tamen, seu *laterna*, *eburnea* posset intelligi.

vs. 829. Μεγάλων γάρ μοι ἐστὶν ἀγαθῶν αἴτιος.] Μοι potest jungi cum ἀγαθῶν, ut sit ἀγαθῶν μοι. sed malim ex perpetuo usu hujus phraseos legere μοι.

vs. 840. Αὐχμὸς γὰρ ὢν τὸ σκυφάριόν μ' ἀπώλεσεν.] Siccitas, squalor suppellectilis me perdidit. arefactus & exhaustus amisi vasa, id est, opes. ad paupertatem redactus sum. metaphora a segete. nam siccitate grana, quae sunt in aristis, extenuantur & aduruntur. vid. Schol. Suid. Hesych. αὐχμὸς etiam exponitur ἔνδεια.

vs. 990. Μισητίας.] Suid. μισητείας, & Eustath. in Od. κ. p. 1650. Atque ita etiam apud Pollucem l. 6. c. 42. n. 189. in MSS. ut notant Interpretes. Eustath. contra quam Schol. & Suid. a μισεῖν esse tradit, in quo forte fallitur. Apud Suidam in μισήτιν, se restituisse τὸν δ' ἁπλῶς μισητὸν, pro τῶν ἁπλῶν, ex Photii Lexico inedito notat Kust. sed hoc potuerat fieri ex Hesychio, apud quem eadem leguntur. Hesychii locus in μισητὴν, corrigi debebat e Suida, qui e Cratino laudat, μισῆται δὲ γυναῖκες ὀλίσθῳ χρήσονται. quod fugit Palmer. In notis Hesychii pro παχνεία, leg. παχεῖα, e Suida & Eustathio p. 1651. quod autem in Suida pro τὸ εἰς συνεσίας ἐπίφορον, Kuster. videtur velle legendum εὐεπίφορον e Schol. Aristoph. rationem non video; cum utraque vox idem notet ea significatione. & si hoc admittas, infinita essent loca in Suida corrigenda.

vs. 1021. Ὄζειν τε τὼ χρόᾳ ἔφασκεν ἡδύ μοι.] Const. Lex. in ὄζω, *suavem esse odorem corporis mei ajebat*. ita etiam Girard. qui genitivum χρόας poni ait pro accusativo. & sic quoque videtur usus poëta Acharn. v. 852. Ἀρτέμων ὄζων κακὸν τὼ μαχαλᾶν, *redolens hircum*, in quo videtur esse ellipsis τῷ ὄν, sc. ὂν τὼ μαχαλᾶν. itaque videtur haec oratio ita integre accipienda, ἔφασκε μοι ἡδὺ ὄζειν ὂν τὸ χρόας μου, ad verbum, *emittere me suavem odorem e corpore*. at idem Const. in χρόα ita vertit, *dicebat meae cutis, seu corporis, suavitatem fragrare*, quae interpretatio ordinem hunc facit, ἔφασκε τὸ ἡδὺ τὸ χρόας μου ὄζειν. prius magis placet. neque enim in talibus adjectivo, quod adjungitur verbo ὄζω, solet addi articulus. ita enim recte dicas, τοῦτο ὄζει κακὸν, δεινὸν, ἡδύ; non item τὸ δεινὸν, τὸ κακὸν, τὸ ἡδὺ τοῦτο ὄζει. χρόα autem pro *corpore*, cum proprie sit *color*, accipitur. cogitabam etiam, an pro μου leg. esset μοι, sed potest μου jungi cum χρόας, & subaudiri μοι. Suidas in ὄζω, hoc ita exponit, ὀσμὴν ἡδεῖαν ἔλεγεν εἶναι ἀπὸ τοῦ σώματός μου. itaque & ἀπὸ subaudiri potest.

vs. 1026. Ὦ φίλ' ἄνερ.] Hunc locum forte ante oculos habuit Suidas, cum v. ἄνερ e Pluto poëtae laudat, φίλατ' ἄνερ, subjicitque vocem ἄνερ non reperiri in vocativo casu pro marito uxoris. neque enim est alius in hac fabula locus, cui accommodari nota illa possit.

vs. 1030. Τὸν εὐπαθόνθ'] Forte εὖ παθόνθ' divisis vocibus. εὐπάσχω nusquam reperitur. & ita Lex. Const. v. ἀντδυποιέω, & Steph. ead. voce, quamquam accentus ibi male scriptus est in εὖ.

vs. 1038. Τηλία.] Prae omnibus expositionibus, quas habet Schol. ea maxime mihi placet, quae exponit κοσκίνου κύκλον, quomodo & Suid. κοσκίνου ᾠοφέρειαν. item, quae τὸ τοῦ καπνοδόχης πῶμα, ὅ ἐστι ᾠοφερές. quemadmodum Schol. Vesp. v. 143. nam id sane ratio dictat, requiri hic aliquid, quod simile habeat formam anulo: nam cum dicat anus, se posse trahi per anulum, necesse est, ut id quod reponit senex, figuram quoque habeat rotundam anuli instar, qui in circulo cribri & operculo fumarii est, non in aliis, quae iidem memorant. apud Suidam quaedam etiam aliter leguntur, quam in Schol. sed non magni momenti.

vs. 1047. Ποίῳ χρόνῳ;] *Quanto tempore?* hoc suspectum est. nam ποῖος de qualitate dicitur, non de quantitate. forte πόσῳ.

vs. 1067. Γέρων ἀνὴρ ὤν.] Simile est illud apud Sueton. in Claudium. cap. 15. κἂν σὺ γέρων εἶ κἀμὸς μωρός.

vs. 1068. & seq. Πειρᾷ μὲ εἴν ἴσως σε, κατὰ τὸ τιτθίον Ἐφάπλεταί σε,] Prior versus claudicat. videtur superfluus articulus τό.

vs. 1086. Συνεκποτέα.] Atticismus, pro συνεκποτέον. de quo vid. Eustath. ad Homer. Il. A. p. 59. συνεκποτέον, quod Scal. ait esse in Vet. versui non convenit. & praeter Eustath. συνεκποτέ' ἐστὶ laudat Suid. in ἐπειδὴ & συνεκποτέ' ἐστί.

vs. 1129. Οἶμοι δὲ κωλῆς.] Hunc versum e Pluto δευτέρῳ laudat Athen. 9. 2. v. Casaub. ib. & 3. 27. idem Casaub. ad 9. 2. reprehendit eos, qui

qui οἶμοι putant hic laetitiae ſignum eſſe.

vſ. 1133. Ἴσον ἴσῳ.] Ita accentus notati leguntur etiam apud Euſtath. Il. Z. p. 640. 56. Od. Γ. p. 1470. 64. Od. I. p. 1624. 54. Od. Ξ. p. 1770. 10, 11. & apud Suid. in κύλιξ, & οἶμοι. quibus locis, ut & v. κεκραμένη, legitur pars notae Schol. Eſt autem κύλιξ ἴσον ἴσῳ κεκραμένη, cum aequae miſcentur vini & aquae partes: quam mixturam meraciorem eſſe ſcribit Schol. ſolebant enim plerumque plus infundere aquae quam vini. vid. Athen. l. 10. p. 426. Euſtath. ad Od. I. p, 1624. & ex his Spanh. ad Callimach. Hymn. in Pallad. v. 46. Scalig. ad Manil. p. 231. memoriae, opinor, vitio ita laudat, οἶμοι κύλικος ἴσης ἴσῳ κεκραμένης.

vſ. 1134. Ἀποτρέχων σὺκ ἂν φθάνοις.] Interpr. *hinc nunquam mediteris fugam.* videtur ex ratione L. Gr. vertendum eſſe, *protinus, omnino hinc aufugies.* ſic ſupra vſ. 485. σὺκ ἂν φθάνοιτον τᾶτο πράττοντε. *omnino hoc faciendum eſt vobis. cauſam dicere non poteſtis, quin debeatis facere.* & v. 875. σὺ μὲ εἰς ἀγορὰν ἰὼν ταχέως σὺκ ἂν φθάνοις. *omnino tibi eundum eſt.* v. Gronov. ad Lucian. diſſ. cum Heſiod. p. 490. eſt autem veroſimile, quod monet Biſetus, crepitum a Carione mitti, & dici Mercurio, ut eum ſimul ebibat, ταύτῳ τῷ πορδὴν ἐπιπιὼν τῇ κύλικι.

vſ. 1147. Εἰ σὺ Φυλὴν κατέλαβες.] Reſpicit res Thraſybuli, qui occupata Phyle initium fecit recuperandae libertatis a Lacedaemoniis & 30. tyrannis oppreſſae. hoc incidit in annum 1. Olymp. 94. anno autem ſequente Thraſybulus cum ſuis fuit reſtitutus in urbem, & ἀμνηστία ſancita. Miratur igitur Schol. quomodo haec poſſint legi in hac fabula, quae quinque annis ante Thraſybuli reditum acta ſit. Fuit ſcilicet in ea opinione, hanc eſſe Plutum priorem, ſed male, quod non ſolum ex hoc loco patet, ſed etiam ex Athenaeo l. 9. c. 2. ubi laudans verſum Οἶμοι δ' ἀκωλῆς, qui eſt 1129. hujus fabulae, ait e Pluto poſteriore eum eſſe. poteſt tamen hinc colligi tempus, quo acta eſt Plutus prior, quinto ſcilicet ante reditum Thraſybuli anno, quod tempus incidit in 1. Olymp. 93. poſt quam 20. annis, 4. Olymp. 97. poſterior acta eſt, ut Schol. ſupra, ni fallor, monuit. Verba, quae e Philochoro adfert Schol. perturbata ſunt. ſententia utcumque reſtitui poterit, ſi trajectis vocibus legas: πέμπτῳ ἔτει ὕστερον μάχεται μὴ Θρασυβούλε ἐν Πειραιεῖ γενομένε ὁ Κριτίας, ἢ τελευτᾷ. De Φυλῇ porro vid. quae habent Suid. in ea voce & Φύλαξ, Harpocrat. Φυλή, ibique Interpr. fallitur Stephanus in Φυλή hunc verſum laudans ex Equitibus, ut jam notarunt Interpr.

vſ. 1167. & ſeq. Οὐκ ἐτὸς ἅπαντες οἱ δικάζοντες, Θαμὰ Σπεύδουσιν ἐν πολλοῖς γεγράφθαι γράμμασιν.] Schol. ita exponit, *non fruſtra eſt, quod judices ſtudent habere plura nomina, ut ſi uno δικαστηρίῳ exciderint, poſſint ſortiri & jus dicere in alio.* hoc non ſatis adſequor. judices legebantur decem, e ſingulis tribubus ſinguli: deinde decem prima elementa inſcribebantur tabellis, & in urnam conjiciebantur. qui primum elementum eduxerat, primus jus dicebat, & ita deinceps. vid. Schol. ad v. 973. hic quid plura nomina prodeſſe poſſint, non video. Sed cum multa eſſent δικαστήρια, videntur ſortiti primum, qui judices eſſent, deinde quo ordine ſinguli jus dicerent. Jam ſi quis ſortitus exciderat uno δικαστηρίῳ, videtur ſub alio nomine deinde ſortiri potuiſſe, ut in alio δικαστηρίῳ judex eſſe poſſet. Suid. in ἐπώνυμος quaedam e Schol. laudat. de variis autem cognominibus Deorum, & quod ea quaſi praecipua quaedam eorum praerogativa fuerit, unde intelligeretur, eos plurimis locis coli, variamque eſſe eorum poteſtatem, vid. Spanhem. ad Callim. Hymn. in Apoll. v. 70. & in Dian. v. 7.

vſ. 1171. Ἴν' εὐθίως | Ἀμφικονικὸς εἶναί μοι δοκῇς.] Schmid. ad Matth. 4. 11. legit Ἀμφικονὸς, quia, ut ait, repugnat quantitas ſecundae in Ἀμφικονικός. Et tamen Menander corripit in Ἀμφικονικῶς apud Athen. l. 4. p. 172. vid. fragm. Clerici p. 43. ubi is, contra quam apud Athenaeum eſt, omiſit γάρ.

NOTAE IN NUBES.

vi. 5. Οἰκέται.] Int. *ſervuli*. immo omnes domeſtici. v. Schol. Suid. Thom. Mag. ῥέγκω, non ῥίγκω, dicendum notat etiam Thomas, quod & Kuſt. probat ad Suidam v. οἰκέται. etſi in MSS. ῥέγχουσιν legi teſtatur. Locus Suidae in ῥέγχουσι, non ſatis planus videtur. ῥέγχουσι, τοῦτο ποιοῦσιν οἱ βαθέως καθεύδοντες, οἱ δὲ μὴ φροντίζοντες, κοιμῶνται. opponere videtur τοὺς ῥέγχοντας τοῖς μὴ φροντίζουσι, ac ſi hi diverſi eſſent, quod ineptum eſt; ſunt enim iidem; nam quod ſtertunt, ex eo fit, quod curarum expertes ſunt. puto delendum δὲ. *hoc faciunt, qui altius ſomno ſopiti ſunt, qui curarum expertes dormiunt*, vel καὶ οἱ μὴ, vel οἱ καὶ μὴ.

vſ. 17. Ὁρῶν ἄγουσαν τὴν σελήνην εἰκάδας.] Heinſ. ad Heſiod. ἔργ. fin. notarum reprehendit Schol. qui parum rectam rationem reddiderit, cur Strepſiades, cum in fine menſis penderentur uſurae, non dixerit τριακάδα, ſed εἰκάδας. ipſe cauſam dicit, quod εἰκάδες plures ſint: nam aliam rationem in ejus verbis non invenio. atqui idem Schol. tradit. ait ideo dici εἰκάδας, quia poſt viceſimam menſis jam propinquat triceſima, qua ſolvendum erat foenus. εἰκάδας autem dici plurali numero, eo quod vox illa non ſit intelligenda ſolum de viceſimo die, ſed etiam ſequentibus. quid his melius Heinſius adferat, ego quidem non intelligo. quod autem Aldobrandinus ad Laërt. 1. 58. vita Solonis, Ariſtophanem forte εἰκάδας dixiſſe putat, quod olim ante Solonem menſes abſolvebantur 20. diebus, mihi parum probatur. ita enim εἰκάδα dicendum fuiſſet, & mutata ratione menſium, nil erat, cur ad antiqua illa tempora reſpiceret Comicus.

vſ. 21. Φέρ' ἴδω, τί ὀφείλω.] Laudat h. l. Th. Mag. docetque φέρε, ἄγε cet. jungi & imperativis & ſubjunctivis. Suid. ὀφείλω, χρεωστῶ. Πρὸς δοτικήν. Ἀριστοφ. νεφ. φέρ' ἴδω, τί ὄφειλω. Haec mutila & corrupta videntur. puto ita ſupplenda, πρὸς δοτικὴν, (ſc. συντάσσεται) Ἀριστ. νεφ. φέρ', ἴδω, τί ὀφείλω; δώδεκα μνᾶς Πασίᾳ. Nam cum dativo jungi dicat, ea pars carminis, qua id docetur, omittenda non erat.

vſ. 24. Εἰθ' ἐξεκόπω πρότερον τὸν ὀφθαλμὸν λίθῳ.] Int. *utinam prius eſſet a me exſculptus huic oculus*. At non hoc ſonant illa verba, verum, *utinam mihi prius exſculptus eſſet oculus*, quemadmodum recte vertit Conſtant. in Lex. nam paſſivum in eo verbo ſignificationem activi ex uſu linguae Graecae habere non poteſt. hoc autem repugnat ſententiae. neque enim ratio eſt, cur Strepſiades ſibi excuti oculum velit, ſed hoc optat, ut excuſſus fuiſſet equo oculus, quod ſi factum fuiſſet, filius ejus emturus illum non erat. alludit autem eo verbo ad κοππατίαν, ut Schol. Mihi videtur leg. ἐξεκόπη, ſc. ὁ ἵππος τὸν ὀφθαλμὸν πρὶν πριάσθαι. Suidas. ἐξεκόπη τὸν ὀφθαλμὸν, ἐπηρώθη. Plutarch. Publicola de Horatio, ἐκκοπεὶς ὀμμάτων θάτερον. Lucian. Jov. Trag. p. 137. τὴν φωτὴν ἐξεκόπτετο ὑπὸ τῆ βοῆς. Schol. & Th. Mag. vulgatam agnoſcunt. Sed ille tamen ſatis oſtendit ad equum referri; Thomas in principio articuli ubi h. l. laudat, ἐξεκόπη τὸν ὀφθαλμὸν λέγων καὶ ἀνεκόπην, κάλλιον ἡ ἀφηρέθη. e quibus verbis apparet, etiam in his poëtae, quae laudat, legendum ἐξεκόπη, & ἀνεκόπη, ut conveniant inter ſe perſonae.

vſ. 32. Ἐξαλίσας] Ad h. l. Ariſtophanis videtur etiam reſpexiſſe Heſych. in ἀλινδήθρα. adde Salmaſ. ad Solin. p. 336. b. c.

vſ. 41. Φεῦ. Εἶθ' ὤφελ. κ. τ. λ.] Verſus non conſtat, habet enim ſecundo loco Amphimacrum. apud Harpocr. ἐπαιρόμενον, & Th. Mag. εἶθ' ὤφελεν, non legitur φεῦ, qua ratione confulitur verſui, ſed φεῦ agnoſcit Schol. itaque potius ὄφελ' legendum. Dicunt enim ſine diſcrimine ὤφελον, ὄφελον & ſeqq. niſi tamen in dimetiendo φεῦ per Synizeſin perit, ut Ran. v. 141. φεῦ, ὡς μέγα δύνασθον πανταχῆ τὼ δυ' ὀβολώ. Kuſt. ad Suid. v. ὀβολὸς ejiciendum cenſet τὸ φεῦ, quia Syllaba una abundat verſus. ſed cum & Suid. & ibi, & in φεῦ, & Etymolog. in ὀβολὸς hanc particulam retineant, non auſim eam delere, ſed Synizezim potius putem, ut in illo Hom. Ε. Il. v. 349. ἦ ἑκ ἄλις ὅττι γυναῖκας ἀνάλκιδας ἠπεροπεύεις. ubi v. Euſtath. p. 554. qua ratione & alio loco in Il. I. ἦ ἑκ contrahuntur, de quo idem p. 772. 42. add. eund. in I. Il. pag. 11. & 12. & Hephaeſt. Enchir. de metris p. 8. ubi & verſus Homeri laudatus & alius, βακόλ' ἐπεὶ ἤτε κακῶ, ἤτ' ἄφρονε φωτὶ ἔοικας. Sed & hujus ipſius particulae φεῦ Synizeſis apud Euripidem eſt frequentiſſima, Hec. v. 55. φεῦ ὦ μῆτερ, ἥτις ἐκ τυραννικῶν δόμων, & aliis locis. Nec opus erat in Suida v. φεῦ, & Etymol. Magn. eam particulam poni in fine verſus, & a ſequente ὡς inchoare alium, quod videtur ab iis factum, qui poëtam cum ad manum non haberent, putarunt ibi metrum vitioſum eſſe, ſi eodem verſu poneretur.

vſ. 45. Στεμφύλοις.] Atticos de oleo dicere tra-

tradunt Thom. Mag. & Phrynich. p. 76. ubi v. Nunnef.

vſ. 52. Κωλιάδ῾.] vid. Suid. h. v. add. etiam Steph. de Urb. ibique Holſten. rurſum Suid. Κολία. ἐπιθαλασσία (melius ἐπιθαλάσσιο῾) ἄκρα τῆ῀ Ἀττικῆς, ἀπὸ τῆ῀ κόλπ῀ ὀνομασμένη; vitioſa eſſe puto. neque enim a quoquam κολίαν dici, ſed κωλιάδα, eamque vocem, ut & κῶλον, per ω ſcribi invenio. Heſychius ibi etiam Cereris templum, multas columnas habens, eſſe tradit.

Ibid. Γενετυλλίδ῾] Pauſan. Attic. c. 1. ἀπέχει δὲ (τῆ῀ Φαλήρ᾽) ſταδίους εἴκοσιν ἄκρα Κωλιάς. Κωλιάδ῾ δέ ἐſιν ἐνταῦθα Ἀφροδίτης ἄγαλμα, κ῀ Γενετυλλίδες ὀνομαζόμενα θεαί. v. Suidam, & Heſychium. Lucianus Pſeudolog. pag. 438. εἰπέ μοι πρὸς Παν῀ημον, κ῀ Γενετυλλίδ῾, κ῀ Κυβήβης. notat Graev. in MS. eſſe Γενετυλλίδων. ſed tamen h. l. in ſingulari quoque legi. Et ita etiam apud Suidam legitur, & apud Heſychium; etſi apud hunc corrupte Γενετινλίς. Interpr. & *Venerem & genium ſuum.* forte rectius *Genetyllidem.*

vſ. 70. Ξυσὶδ᾽ ἔχων.] Quod Schol. ait, ξύσις λέγεται τὸ κροκωτὸν ἱμάτιον, ὃ οἱ ἡνίοχοι φορ῀σι μέχρι νῦν πομπεύοντες, Caſaub. ad Theophr. Charact. p. 331. refert ad transvectionem equitum Athenis, de quibus Schol. alibi, σὺν πορφυροῖς κ῀ ποικίλοις ἱματίοις ἐπόμπευον. Sane Suidas & Harpocrat. v. ξυσὶς, dicunt ἱππικὸν eſſe ἔνδυμα τὴν ξυσίδα: ita enim Harpocrat. Suidas ξύσιδα, ut Schol. Sed tamen non credo de transvectione equitum hic ſentire Schol. neque enim ἡνίοχοι ſunt *equites*, ſed, *qui currus agunt*, quod forte accipiendum de his, qui victores ludorum ſacrorum in patriam reverſi per Urbem ἐπόμπευον. Sane priorem notam de his accipiendam, apparet ex verbis οἱ εἰσελαύνοντες ἀθληταί. nam εἰσελαύνειν de his proprie dicitur, qui victores eorum ludorum in patriam revertebantur, ſive athletae, ſive ἡνίοχοι, id eſt, qui quadrigis vel bigis vicerant. Interpr. Suidae verba illa, ὃ οἱ ἡνίοχοι φορ῀σι πομπεύοντες, *quod aurigae geſtant in pompa Circenſi.* nec multum refragor, ſi quis ita intelligat: nam Schol. Theocr. in Id. II. 74. ξυσὶς (ita enim ibi legitur) περιβόλαιον λεπτὸν, ᾧ χρ῀νται κ῀ οἱ ἁρμηλάται. Sed priorem notam plane accipiendam puto de victoribus certaminum, cum praeſertim Megaclem, cujus in hoc verſu fit mentio, terviciſſe Olympia ad v. 74. prodat Schol. ξυσίδ῾ porro variis hominibus erat uſus. v. Ruben. de Re Veſt. p. 119.

vſ. 72. Διφθέραν.] Vid. Caſaubon. ad Theophr. Character. p. 147. Victor. ad Varron. de R. R. pag. 58. Suidas. διφθέρα. ποιμενικὸν περιβόλαιον ἐκ δερμάτων, quod e Scholiaſte ſumtum videtur.

vſ. 74. Ἱππέων.] Vid. Suid. Heſych. ἱππέων, ἱππικ῀ς ἔρωτα. pro κατίχει, leg. κατίχειν, ut ſtet verſus.

vſ. 103. Ἀυτοδίκτας] Hoc Philoſophorum erat, praeſertim, qui auſteriorem quamdam ἄσκησιν profitebantur. vid. Salmaſ. ad Tertull. Pall. p. 417. Spanhem. ad Callim. Hymn. in Cerer. vſ. 125. meminit etiam Brod. 5. Miſc. 18.

vſ. 109. Φασιανὰς] Quod ad ſignificationem vocis φασιανοὶ attinet, puto recte ſentire Athenaeum, l. 9. c. 9. cum de avibus, non equis, accipiendum ait. Ineptum enim videtur, ſi ſuadenti vel roganti, ut ab aliquo ſtudio deſiſtas, reſpondeas, te id non facturum, etſi tibi dentur multa egregia ad id ſtudium pertinentia, ut ſi hortanti, ut libros negligas, dicas te non facturum, etſi praeſtantiſſimos tibi libros dederit. Schol. ait, ſi equi intelligantur, convenire id ſtudio & inſtituto adoleſcentis. ſed non tam ſtolidum inducit eum poëta, ut ita inepte reſponderet. Thom. Mag. de equis accipit.

vſ. 113. Τὸν κρείττονα κ῀ τὸν ἥττονα.] Hoc quid ſit explicat optime Gell. 5. 3. de Protagora. *Pecuniam ingentem cum a diſcipulis acciperet annuam, pollicebatur ſe id docere, quanam verborum induſtria cauſa infirmior fieret fortior, quam rem Graece ita dicebat,* τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιε῀ν. add. Laërt. in Socr. 20. Aelian. 2. V. H. 13.

vſ. 130. Σκινδαλμὰς] Metrum videtur poſcere, ut legatur σκινδαλάμας, quemadmodum apud Suidam legitur, item apud Schol. Luciani ad Diſſert. cum Heſiod. p. 488. ubi h. l. laudat. & apud Lucian. l. d. Heſych. σκινδάλαμο῾, σκόλοψ. τινὲς δὲ ἀφ᾽ τῆ῀ σχ῀ σχινδάλυμο῾ (leg. σχινδάλαμο῾) ἄλλοι σκινδαλμούς. errat Soping. qui putat leg. σκιδυλο῾. apud Suid. ἡ ἐπιξεργασία τῶν ἀκριβῶν. † Σκινδάλαμοι. puto haec conjunctim legenda, ut apud Schol. Interpr. vertit *curioſa circa res leves diligentia.* non video, quomodo ἐπιξεργασία hoc notare poſſit. eſt enim figura rhetorum, quam *conſummationem, expolitionem, cumulum quendam ex abundanti* dicere poſſis. videtur eſſe ſententia Schol. & Suidae, poëtam uti voce σκινδαλμοὶ, tanquam explanatione quadam & expoſitione verborum λόγων ἀκριβῶν, quae vocem σκινδαλμοὶ praecedunt. apud Schol. Lucian. l. d. legitur ἡ ἐπιξεργασία, pro ἡ, ut videtur.

vſ. 136. Ἀπερι‌μερίμνως.] Steph. Sched. 5. c. 27. vocem a poëta fictam eſſe ait, ut alluderet ad vocem μεριμνοφροντιſαὶ, itidem a ſe fictam: exponi autem debere, non ut Schol. ἀμελῶς, ſed ἀνόητος, ἀπερισκέπτως. Th. Mag. p. 25. ἀσκόπως.

vſ. 144. Χαιρεφῶντα] De oraculo Chaerephonti dato vide etiam Laërt. 2. 37. ubi ἁπάντων pro δὲ πάντων, ut & ap. Juſtin. Mart. cujus locum ibi laudat Menagius. Schol. Lucian. Hermotim. p. 515. ἀνδρῶν πάντων Σωκράτης σοφώτερ῾. meminit iterum Lucian. Rhetor. praecept. p. 316. Saltat. p. 795. Amorib.

p. 908. ubi etiam ἁπάντων.

vſ. 178. Διαβήτην.] Suidas fere eadem, quae Schol. ſolebant autem Geometrae in abaco pulvere conſperſo lineas deſcribere. vid. Brod. 1. Miſcell. 1. Salmaſ. ad Tertull. Pall. p. 469.

vſ. 186. Τοῖς Λακωνικοῖς.] Hoc poſſeſſivum eſt, ut Steph. Λακεδαίμων, nec video qua ratione Lacedaemonii Λακωνικοὶ dici poſſint. forte, τῆς Λακωνικῆς, *quam tenebant Lacedaemonii, quae eorum terrae annumerabatur.* Sed Suidas in ἐοίκασι vulgatum ſervat.

vſ. 203. Κληρυχικήν.] De κληρυχίαις vide quae habent Harpocr. & Suid. Locus Demoſthenis laudatus apud Suidam, & expoſitio σώματα, quam adfert Kuſterus, eſt Valeſii ad Harpocr. quid ſit γῆ τελεστὰ apud Schol. non ſcio. quod κληρύχους γεωργοὺς exponit, eſt etiam apud. Suid. & Heſych. hic κληρυχικὴ γῆ eſt heredium ruſticum. vid. Spanhem. ad Callim. H. in Delum. v. 281. & ad Julian. p. 187.

vſ. 235. Τί φῂς.] Haec non pertinent ad hunc verſum: ne is abundet integro pede.

vſ. 247. Νόμισμα.] Hoc loco eſſe νόμιμον ἔθος, exiſtimat Leopard. 17. Emend. 15. ſed haec ſunt obſcura. Suid. in v. 246. agnoſcit ὁμῇ in voce ea, ſed ὁμεῖ Atticum eſt. vid. Schol. ad Plut. v. 40.

vſ. 259. Κρόταλον.] Schol. κυρίως ὁ σχιζόμενος κάλαμος κ. τ. λ. Intelligit opinor, *calamum fiſſum* ad fiſtulam faciendam. Theocrit. 8. Id. 23. ἔτι κἠ τὸν δάκτυλον ἀλγῶ Τέττον, ἐπεὶ κάλαμός μι Δαμοιχθεὶς ἐτέτμαξεν. v. Heinſ. c. 15. Lect. Theocr. Verba Schol. leguntur itidem apud Suidam v. κρόταλον. Παίπαλος, idem exponit τραχὺς, δυσκατάληπτος, *acer, invictus dicendo.* Hunc autem verſum laudat Euſtath. p. 786. 2. eund. & ſeq. p. 1381. 48. ſeqq.

vſ. 266. Πτύξωμαι κ. τ. λ.] Apud Suid. hac voce non recte in hoc verſu legitur καταβραχῶ. notat Thom. Mag. veteres ſimplex βρέχω de pluvia non dixiſſe, ſed in compoſitis a perfecto paſſivo, & omnibus temporibus inde formatis, etiam de pluvia dici. Salmaſ. ad Pall. Tertull. p. 400. laudans h. l. obſervat, Cynicos ſemper duplicatum geſtaſſe pallium, ceteros per pluviam ejus arcendae cauſa.

vſ. 286. Μαρμαρέαισιν ἐν αὐγαῖς.] Laudat Suid. in μαρμαρέην, ſed omiſſo τῷ ἐν. Interpretes non notarunt. Exponit autem λαμπαῖς, & addit, μαρμαίρειν τὸ λάμπειν καὶ καταυγάζειν. Similiter uſus eſt τῷ ἐν Plut. v. 765. ἀναδῆσαι βόλομαι σ' ἐν κριβανωτῶν ὁρμαθῷ.

vſ. 305. Ὑψιφερεῖς.] Leg. ὑψιφρεῖς. quemadmodum apud Homer. pluribus locis: vel potius ὑψερεφεῖς, ab ἐρέφω, *tego*, quod & magis videtur probare Euſtathius, qui ſcripturae prioris per nusquam meminit.

vſ. 370. Αἰθρίας.] Scilicet ὕσης, quod interponit Suidas in ἀποδημῶν, locum e memoria laudans, ut videtur. ſic Plut. v. 1130. ἀσκωλίαζ' ἐνταῦθα πρὸς τὴν αἰθρίαν.

vſ. 381. Ἀτὰρ ἐδέπω.] Secundus pes videtur eſſe Iambus, qui in hunc verſum non ingreditur. forte ἐδέν πω. *nihil dum.*

vſ. 420. Θυμοβρεπιδειπνεῖ.] Suid. λάχανα μόνα τραγόντος εὐτελῆ. vide Salmaſ. ad Solin. p. 907. b. c. Euſtath. in Od. P. 1828. 12. Θυμοβρεπίδειπνος ὁ εὐτελῶς δειπνῶν, ὡς θύμβροις ἀρκεῖσθαι. θροσίμου, ὁ τρύων, ἤτοι κακοπαθῶν περὶ τὸν βίον.

vſ. 484. Ἐι μέν γ' ὀφείλεταί μοι μνήμων πάνυ.] Deeſt ſyllaba. forte ὀφείλεταί τι μοι.

vſ. 534. Νῦν ἦν Ἠλέκτραν καὶ ἐκείνην.] Haec mihi non ſatis liquent. Schol. expoſitio obſcura eſt. Puto hanc eſſe ſententiam. *Nunc igitur, quemadmodum Electra agnovit fratrem e capillo, ſic haec comoedia prodit, viſura, an inveniat ſpectatores, qui ſint quaſi fratres priorum*, id eſt, *ita peritos, aequos, ut olim Daetalenſes: cognoſcet enim eosdem eſſe, ſi viderit atque intellexerit, eodem modo ſe probari laudarique ab illis, quae laus σύμβολον erit, unde cognoſcat, hos ſpectatores eſſe fratres priorum*, id eſt, *aeque peritos, juſtos, quemadmodum capillus σύμβολον erat Electrae Oreſtis fratris.*

vſ. 547. Σοφίζομαι, ἐδὲν ἀλλήλαισιν ὁμοίας.] Accuſativi illi poſſunt commode pendere a praecedenti εἰσφέρω. tamen magis placet tolli diſtinctionem poſt σοφίζομαι. σοφίζεσθάι τι eſt *acute, ſapienter dicere, facere, cogitare.*

575. Προσέχετε.] Non dubito, quin legendum ſit πρόσχετε. Nam tribrachys in hoc genere carminis ſeptima ſede locum habere non poteſt. Schol. ad v. 563. e Pherecrate, Ἄνδρες πρόσχετε τὸν νοῦν. Idem peccatum Equit. v. 501.

vſ. 584. Ἐξέλιπε.] Quarta ſede eſt Pyrrichius, qui locum in hoc carmine non habet. leg. cum Schol. ἐξέλιπεν. nam Iambum quartus locus peculiari ratione recipit, ut Schol. ad v. 518. & ſunt aliquot exempla in illa παραβάσει.

vſ. 592. Φιμώσητε τάτε.] Suid. in ἐμπεδῆσαι h. l. laudat, qui, ut notat Kuſterus, nihil facit ad eam vocem. videntur apud Suidam quaedam excidiſſe, vel incuria librariorum non ſuo loco poſita. nam φιμῶσαι pertinebat ad vocem ἐμπεδῆσαι, *ligare, compedibus vincire.*

vſ. 600. Λυδῶν κόραι.] Epheſus olim Lydiae erat, ut notat Schol. ita Herodotus l. 1. & ex eo Stephanus v. Ἔφεσος, vid. Rutgers. 2. Var. Lect. 1.

vſ. 603. Παρνασίαν θ' ὃς κατέχων πέτραν.] Parnaſſi alterum jugum Apollini & Muſis, alterum Baccho ſacrum erat. vid. Barneſ. ad Euripidem, Bacch. v. 307. 408. 559. Ion. v. 552. Herc. Fur. v. 790. pro σελαγεῖ autem forte legendum σελαγεῖς. nam cum prio-

priora sint posita in vocativo, hic nominativus pro vocativo Attice ponitur, quae constructio magis requirit σελαγεῖς.

vs. 614. Πρίω.] Acharnensium proprium esse pro πρίασο, scribit Schol. Acharn. v. 35.

vs. 616. Κυδοιδοπᾶν.] Etiam apud Suidam est haec vox, qui suam notam e Schol. transscripsit. sed quod habet Schol. γίνεται δὲ ἐξ ἑκατέρου, (vocem hanc posse deduci vel a κυκᾶν, atque ita videri leg. κυκοιδοπᾶν, vel a κυδοιμὸς, unde fiat κυδοιδοπᾶν) hoc apud Suidam legitur τινὲς δὲ ἐξ ἑκατέρου τὸ πράττειν. quod quid sit, ego non intelligo. Interpres etiam dissimulavit, nec in versione expressit. Sed & versio hujus versus mihi non satis probatur: nam ita vertit: *nihil recte facere dicit cet.* at haec non est sententia poëtae, qui finem praecedentis versus jungit cum principio hujus, κἀκ ἄγειν (ὑμᾶς) τὰς ἡμέρας ἁδὲν ὀρθῶς, id est, *non recte servare menses lunae*, ut Schol. ut suo die sacris ac festis deos colatis scilicet. Apud Suid. autem forte ita leg. τινὲς ἐξ ἑκατέρου (sc. τῶ στοιχείω) τὸ ταράττειν. *sunt qui dicant hoc verbum utraque litera (vel utracumque litera) scribas, notare* ταράττειν. De perturbatione anni apud Athenienses habet quaedam Scalig. de Em. Tempor. l. 2. p. 72. & 82. ubi & h. l. laudat.

vs. 624. Ἱερομνημονεῖν.] Maximam partem hujus notae transscripsit Suidas in suum lexicon v. πυλαγόραι, quod non notavit Kusterus. est autem in Suida aliquid scriptum, quod plane falsum est. κατὰ πόλιν δὲ ἔπεμπον Ἀθηναῖοι τοὺς θύσοντας καὶ συνεθρεύσοντας. Int. *Athenienses ex singulis urbibus quosdam eo mittebant.* hoc dico falsum esse. non enim Athenienses id faciebant, sed Graeci omnes, vel potius singulae urbes, quae participes erant consilii illius. v. Harpocrat. in ἱερομνήμονες & πυλαγόραι, Etymol. M. in πυλαγόραι, & ipse Suid. v. ἱερομνήμονες. itaque non dubium est, quin vox Ἀθηναῖοι, sive ea a Suida ipso sit profecta, sive ab imperito quodam intrusa, delenda sit.

vs. 655. Ἀγρεῖ.] Suidas v. ἀγρεῖ, laudat ἀγρεῖ, quod non displicet Interpreti.

vs. 717. Φρέδη δ' ἡ ψυχὴ, φρέδη δ' ἐμοῦ.] Metrum turbatum est. nam est simile praecedentibus a vers. καὶ τὰς πλευρὰς διαρράπισον. itaque videntur ejiciendae hae duae voces post principium φρέδη, δ' ἡ, ut totus versus sit legatur, φρέδη ψυχὴ, φρέδη δ' ἐμοῦ.

vs. 761. Μηλολόνθην.] Laudant hunc versum Pollux l. 9. c. 7. n. 124. Suid. hac v. uterque genus ludicri exponit. μηλολάνθην etiam ap. Poll. legitur, quod non probat Schol. v. Interpr. Poll.

vs. 774. Ὅπως ἀποχρέψαις.] Hunc & seq. versum non intelligo. obscurum enim est & quid sit ἀντιδίκων, & μὴ παρόντων μαρτύρων. sed & ὀφλεῖν simpliciter positum pro *damnari*, nusquam alibi inveni; verum semper cum adjuncto δίκην, vel alio. unde fere suspicabar, haec conjungenda δίκην μέλλων ὀφλήσειν. Suid. ὀφλήσειν, καταδικασθῆναι.

vs. 777. Ἐι πρόσθεν ἔτι μιᾶς ἐνεστώσης δίκης.] Interpr. *si instante adhuc actione una* cet. putabam conjungenda πρόσθεν πρὶν τὴν ἐμὴν καλεῖσθαι δίκην, quia Lexica e Xenophonte laudant, πρόσθεν πρὶν ἄν, *priusquam*. sed Constant in μία, & πρόσθεν, conjungit πρόσθεν ἔτι μιᾶς, sc. ἡμέρας. ἐνεστῶσα, vel ἐνεστηκυῖα δίκη est *lis contestata, constituta*. vid. Bud. Comm. L. Gr. p. 106. ita sententia erit, *si pridie, quam contestata, constituta fuerit lis, pridie, quam judicium constituatur.*

vs. 831. Ὥστ' ἀνδράσι πείθειν χολῶσιν.] Leg. ἀνδράσιν. χολᾶν, ἐπὶ μανίας accipi, notat Th. Mag. h. v. & Schol. supr. ad Plut. v. 12. quod autem πείθειν accipitur pro πείθεσθαι, nescio quomodo explicari possit. apud Suid. in χολῶσιν est πείθῃ. forte leg. est πείθει, ex perpetua fere consuetudine Aristophanis, qui secundas illas personas in ει format, non η, quod Schol. ad Plut. v. 40. Attice fieri docet.

vs. 852. Ἀλλ' ὅτι μάθοιμ' ἑκάστοτε.] Vox ὅτι distinguenda est, ὅ, τι.

vs. 860. Ἑξέτῃ.] Pro ἑξαίτῃ, Attice. Suid. h. v. e quo etiam apparet leg. πιθόμενος. nam πειθόμενος, quod nunc legitur, respuit metrum.

vs. 861. Ὀβολὸν Ἡλιαστικὸν.] Schol. Ἡλιαστικὸν, ἀντὶ τοῦ ἐκκλησιαστικόν. hoc non possum probare. erat enim aliud ἡλιαία, aliud ἐκκλησία, aliud βουλὴ, ut Hesych. v. ἡλιαία. puto leg. δικαστικὸν. ἡλιασαὶ, id est, judices, qui in ἡλιάᾳ judicabant, mercedem judicii accipiebant triobolum, ut Suid. ἡλιασάι. nec repugnat, quod Comicus ait, ὀβολὸν, non τριώβολον. neque enim ea merces fixa & semper eadem erat, ut docet Schol. in verbis, quae sequuntur. ἐχ' ἵσατο δὲ τῶ δικαστικῶν ὁ μισθός. & Hesych. δικαστικὸν. Ἀριστοφάνης ἐν ὥραις, τριώβολόν φησιν εἶναι. ὁ μέντοι ἔστηκεν, ἀλλ' ἄλλοτε ἄλλως ἐδίδοτο. rationem nominis ἡλιάᾳ eandem, quam hic, pluribus locis, iisdemque verbis, tradit Schol. quae annotavit ad Suid. v. ἡλιαστής &c. Kusterus: hunc tamen praetermisit.

vs. 873. Κλῆσιν.] Etiam Suid. v. ἀναπεισκρίαν. exponit μαρτυρίαν, & vertit Int. *testium advocationem.* mihi placet versio Frischlini, *adversarium citare.* Harpocrat. κλῆσις, ἡ πρόκλησις, τουτέστι παραγγελία εἰς κρίσιν. add. eund. v. πρόσκλησις.

vs. 907. Ῥόδα μ' εἰρήκας.] Proverbium est ad eos, qui dicunt, quae grata sunt. v. Suid. ῥόδον. Vernilitatem hanc improborum, qui quasi conviciis gaudere videntur, expressit etiam Plautus Pseudolo, & alibi. v. Lips. Epist. Quaest. 3. 17. ubi etiam h. l. laudat.

vs.

vſ. 935. Κρίνας φοιτᾷ.] In notulis ſcribitur e Scalig. errorem vetuſtum eſſe, & leg. φοιτᾷ. exiſtimaſſe videtur, eam vocem pertinere ad chorum, ut is dicat, ſe cognita cauſa iturum. Sed nihil obſtat, quo minus referatur ad adoleſcentem, de quo erudiendo illi contendebant, ut is dicatur debere eligere, cauſa cognita, utri ſe in diſciplinam velit tradere.

vſ. 960. Παιδὸς γρύξαντος ἀκῦσαι.] Int. *puero auſcultare loquenti.* neſcio quam bene. hoc dicit Comicus, *nemo audiebat vocem pueri biſcentis*, in via nempe adeo modeſte incedebant pueri, ut nullus eorum clamor nec ſtrepitus audiretur. videtur autem obſervandus uſus vocis δεῖ hac ſignificatione.

vſ. 983. Ἐντετυλίχθαι.] De duplicatione pallii, quam philoſophi, praecipue Cynici ſub id tempus induxerant, accipit Salmaſ. ad Tertull. Pall. p. 399.

vſ. 985. Τὴν ἀσπίδα τῇ κωλῇ προίχων.] Hoc difficile eſt. Schol. ait notandam eſſe Syntaxin, quod cum plurale anteceſſerit, ſequatur ſingulare. adde, quod pluralem accuſativum ſequatur nominativus ſingularis; praeceſſerat enim αὐτάς: ita, ὅταν δέῃ ὀρχεῖσθαι αὐτὸς προίχων. itaque anomalia non ſolum eſt in numero, ſed etiam in caſu. Biſetus exiſtimat leg. προίχειν, ut ſuppleatur ὀφῶ, vel ut pendeat a διδάσκεις, quod praeceſſit tertio ab hoc verſu. poſſet etiam videri προίχων corruptum ex προίχεσθ', *praetendunt, obtendunt.* τὴν κωλὴν Schol. ad verſ. praeced. & Biſet. accipiunt *pudenda*, Lex. Conſt. hac v. & προίχω, *pedem.* & ſic quoque Schol. ad h. v. ait enim ἔμπροσθεν τῶν ποδῶν. in notulis Scal. ſcribitur in Vet. eſſe προίχει σ'. hoc quidem conjecturam de προίχεσθ' confirmat. ſed quid faciemus τῷ ἀμελῇ? ſcriptum eſt ibid. ut & ap. Schol. in aliis eſſe ἀμέλει τῆ Τριτογενείας. equidem ſive ἀμέλει, ſive ἀμελῆ, legas, locus obſcuritate non caret. nam quam ſignificationem poſſit habere τὸ ἀμέλει exputare non poſſum. ἀμελῇ autem ne quidem apud ullum lexicographorum reperio. poſſet forte non abſurde dici, leg. eſſe ἀμελεῖ' per Apoſtrophum, ut ſit dativus ab ἀμέλεια, nam poëtae etiam ſeq. conſonante apoſtrophum admittunt. vid. in Porti Lex. Dorico v. ἀν. qua ratione bene conſtabit ſententia. προίχεσθ' τὴν ἀσπίδα τῇ κωλῇ ἀμελείᾳ Τριτογενείας. ſed apud Ariſtophanem nondum hoc inveni, & eſt alioquin ſatis durum. itaque forte verius eſt, retinendum προίχων, quod Schol. agnoſcit, & pro ἀμελῇ legendum ἀμελεῖ. προίχων τὴν ἀσπίδα ἀμελεῖ. pro προέχοντες ἀμελῶσι. Sane etiam Steph. & Conſtantinus videntur ita legiſſe, qui in ἀμελέω (ex Ariſtophanis Nubib. H. Steph. nam Conſt. hoc non addit) laudant, dici etiam eam vocem cum participio, ut ἀμελῶ προίχων. In quo etſi falli eos puto, quod ἀμελῶ junxerunt cum προίχων', quod cum Τριτογενείας jungendum ipſa ſententia oſtendit, tamen apparet, quomodo h. l. legendum exiſtimaverint.

vſ. 1064. Ὑβρισὴς] Quam ſententiam hic habeat, non ſatis adſequor. forte dicitur ita qui in Venerem pronus ac promtus eſt, quemadmodum interdum ea vox de eo, qui vitium offert foeminis, ſumitur. & ita accipiendam videntur ſuadere ſeqq. nec diſſentit Heinſ. Introd. in Heſiod. c. 6. ait enim ὑβρισὴν h. l. dici maritum, qui ſaepius una nocte flagitat ab uxore τὴν χάριν· ὑβρισὴν porro ἀκόλαστον, & ὕβριν, ἀκολασίαν eſſe, auctoritatibus docet. In v. ſeq. pro τρώμασι legendum eſt τρώμασιν.

vſ. 1072. Τί, κατελήφθης.] Non ſtat verſus. nam ſextus pes Jambus eſt. forte τί; κ' ἀπ' ἐλήφθης *quid? deinde deprehenſus es.*

vſ. 1079. Ἦν ῥαφανιδωθῇ.] De hoc ſupplicio v. Suid. v. ῥάφανος, (qui Schol. verba refert; ſed pro ἀπέπασσον habet ἐπέπασσον. rectius.) Scip. Gentil. ad Apul. Apolog. p. 739. Lucian. de Morte Peregr. p. 566. ibique Interpr. & Kuſterus ad Suidam. Faber monet ad Lucian. l. d. corruptum eſſe locum, eo quod ſyllaba abundet. hoc vitium ille tollit, pro πειθόμενος legens πειθεῖς. Sed non valde placet: nimis enim recedit a πειθόμενος. Kuſterus ad Suidam l. d. non monet corruptum eſſe, ſed omittit γε, quod magis probo. quod autem ibid. in loco Lucian. μοιχεύων ἁλῷς, vertit, *convictus adulterii*, cur faciat, cauſam non video. nam *convictus* ambiguum eſt, & ſignificat etiam ſententiam judicis, quam hic non interveniſſe apparet. *deprehenſus*, quod interpres Luciani habet, ſatis rectum eſt. & ſic Ariſtoph. paulo antea, & alii; etſi ſaepe ea vox convictum damnatumque in judicio notat. Conſtant. v. τίλλω, omittit σοι.

vſ. 1106. Στοιμώσεις.] Suid. v. στομώσεις legit στομώσεις, non στομάσεις. ſed vulgatum idem retinet in οἷα. ἐπὶ μὲν θάτερα οἷαν δικιδίοις, τὴν δ' ἑτέραν &c. qua ratione cohaereat oratio non aſſequor. videtur autem eſſe elliptica, quae ita ſuppleri queat, ἐπὶ μὲν θάτερα στόμωσον τὴν γνάθον οἵαν δικιδίοις, id eſt, ab altera parte, ſeu alteram buccam acue ad liticulas: cumque rurſum inferendum eſſet ἐπὶ θάτερα δὲ, pro eo dixit, τὴν ἑτέραν δ' αὐτῆ γνάθον. add. Schol. οἵαν Suid. eodem modo exponit, quo Schol. δυνατὴν κῆ ἔμπειρον λέγειν δίκας.

vſ. 1146. Ἐπιθαυμάζειν.] apud Suid. h. v. pro χρὴ γὰρ legitur δεῖ γὰρ. ſed Euſtath. in Il. M. p. 912. 67. χρὴ agnoſcit. Suidas exponit δώρεις τιμᾶν. Euſtath. l. d. ait μισθὸν omnem vilem & illiberalem habitum a priſcis: & hinc Athenienſes θαυμάζειν dixiſſe pro μισθὸν διδόναι. ſed pro

ἐπι-

ἐπιθαυμάζειν apud eum est ἀπιθαυμάζειν, de quo vid. Kust. ad Suidam.

vs. 1153. Ἱππέτονον.] Laudat etiam Suidas h. v. sed non recte legitur apud eum βοήσομαι pro βοάσομαι. nam Dorica dialecto haec dici tradit Schol. Interpretes non notant.

vs. 1162. Λυσανίας.] Vid. Hesych. & Suid. h. v. qui hinc supplendus est. nam cum dixisset, ἀπομαλοπεπόηται ἡ λέξις, subjicit, Σοφοκλῆς. Ζεὺς νόσον ἄγει τὸν Νικομάχου, cet. sic enim apud eum legitur, non ut apud Schol. Ζεὺς ἄνοσον ἄγοιτο Νικομάχου. Non potest autem apparere e verbis Suidae, quid locus ille Sophoclis ad vocem Λυσανίας facit, quod ostendit Schol. docens fictionem illam nominis pertinere ad irridendum Sophoclem, qui sic composuerit finxeritque nomina Νικομάχου & Λυσανίου. Ceterum Suidae lectio melior videtur.

vs. 1198. Πῶς ἐ δέχονται.] Athen. lib. 4. c. 21. haec laudat e Nubibus prioribus. προτένθην autem ait Graecis eum fuisse, quem Romani *praegustatorem* dicunt. Interpres Athenaei locum illum non recte vertit. vid. Casaub.

vs. 1220. Ἕλκω σε κλητεύσοντα.] Int. *Nunc te trabo, ut in jus debitorem mihi voces.* κλητεύειν est interdum *in jus vocare adhibitis testibus*, ut Suidas. Sed hoc loco eam significationem non habet. est enim κλητεύσοντα, μαρτυρήσοντα, ὅτι καλῶ αὐτὸν εἰς δικαστήριον: *adduco te, ut testis mihi sis, eum a me in jus vocatum.* vid. Suid. h. v. Hesych. κλητεύει, κλητεύων. Harpocr. & ibi Vales. Etym. M. κλητεύσεις, τὸ μαρτυρήσεις. In Etymol. κλητῆρες, ἄνδρες ἦσαν, δι' ὧν τὰς δίκας προσκαλοῦνται οἱ δικαζόμενοι. leg. εἰς τὰς δίκας. ut apud Harpocrationem, unde is locus descriptus est, & Suidam, qui itidem sua ex Harpocr. hausit. Apud Harpocr. autem est διαδικαζόμενοι, quod apud Etymologum & Suidam δικαζόμενοι. Ceterum Interpres Harpocrat. non recte eum locum vertit: κλητῆρες, *seu apparitores, sunt per quos in jus vocantur, quibus dica scripta erat.* Interpr. Suidae: κλητῆρες. *sic appellantur illi, qui reos citant.* non multo melius. Verte: κλητῆρες *vocantur, quibus praesentibus, vel testibus, rei, vel debitores, in jus vocantur.*

vs. 1240. Ἐξ κοὰς χωρήσεται] Schol. ad Acharn. vs. 960. κοᾶς: quod & hoc loco Schol. videtur agnoscere. Nam quod ait κοὰς cum gravi in ultima esse a κοή, κοῆς, non puto hac voce significari μίτρον, sed inferias mortuorum. Est autem κοᾶς contractio Attica pro κοείς, vel κοῆς, e κοέας. vid. Thom. Mag. in V. ὑγιᾶ. Etiam Kusterus hoc & aliis locis apud Aristoph. κοᾶς scribi debere pro κοὰς ad Suidam notat h. v. Thom. Mag. κοή, εἶδος μίτρας. ἐπὶ ὑγρᾶ Ἀττικοὶ λέγουσιν. Ἀριστοφ. ἐν Πλούτῳ, ἐξ κοὰς χωρήσεται. κοῆς δὲ ἁπλῶς Ἕλληνες. Vel erasse Grammaticum puto, vel locum corruptum esse, & pro κοή scribendum κοεῦς, & mox κοᾶς. Ἐν Πλούτῳ quod ait, manifeste est vitiosum.

vs. 1374. Ὅδ' εὐθὺς ἦσ' ἐξ Εὐριπίδου βῆσίν τιν', ὡς ἐκεῖνή.] Si versus recte se habet, corruit sententia Barnesii, qui in vita Euripidis n. 7. ait, semper secundam syllabam in hac voce esse longam: nam hic quarta sede est anapaestus. sed opinor potius, ejiciendam esse praepositionem ἐξ, quam contra aliorum auctoritatem syllabam longam hic corripiendam. sic mox producit vs. 1380.

vs. 1394. Πηδᾷ.] Suid. h. v. exponit ὑπερηφανεῖ. non accommodate ad sententiam hujus loci. Biset. recte, ἐπιφόβως προσδοκᾷν, & R. Constantinus *trepidare.* Nam de animo exspectatione & sollicitudine suspenso, quin sit intelligendum, non dubium est. timentium καρδίαν ἐρχεῖσθαι, dixit Anaxandrides, χορεύειν Sophocles, apud Athen. lib. 15. c. 11. vid. ibi Casaub.

vs. 1399. Σὸν ἔργον ὦ καινῶν.] Hic deficit integer pes. difficile est divinare, quid desit. interim non incommode videtur posse expleri λόγων. Σὸν ἔργον ὦ καινῶν λόγων cet.

vs. 1414. Τύπτειν τ'; ἐπειδήπερ τοῦτ' ἔφ' αὐτοῖν, τὸ τύπτειν.] Mendosus est versus. nam sede quarta spondeus est, atque insuper syllaba deficit. Potest varie corrigi, vel ἐπειδήπερ ἐστὶ τοῦτο αὐτοῖν, vel ἐπειδὴ τοῦτο πέρ ἐστιν αὐτοῖν.

vs. 1420. Εἰκὸς δὴ μᾶλλον τοὺς γέροντας, ἢ τοὺς νέους τι κλάειν] Abundat syllaba. τοὺς ante νέους est ejiciendum.

vs. 1425. Ἦλον τί δῆτ' ἴσχεις κἀμοὶ, καινὸν αὖ τὸ λοιπὸν θεῖναι νόμον τοῖς υἱέσι, τοὺς πατέρας ἀντιτύπτειν.] Ait Schol. omnes interpretes valde aestuare in exponenda voce ἧττον. ipse putat, jungendam cum ἵπειθε, vel cum λέγων, ut dicat, eum feciisse hanc legem, etsi minus valentem in dicendo, quam ipse, qui τὸ κρείττω, κἢ τὸ ἥττω λόγον habeat, & δίκαια κἄδικα obtineat. Hoc mihi aeque videtur frigidum, atque id, quod ille frigidum censet, τὸ ἧττον conjungere cum τί δῆτα. quam tamen veram puto esse sententiam. Ordo autem est, τί δῆτα κἀμοὶ ἧττον ἴσχεις καινὸν θεῖναι νόμον τοῖς υἱέσι, τοὺς πατέρας ἀντιτύπτειν: *cur ego minus possim* (sic enim malim, quam, *cur minus liceat mihi.*) *novam suadere legem*, cet.

vs. 1438. Μάτην ἐμοὶ κεκλαύσεται. σὺ δ' ἐγκαρών τεθνηξει.] Friscbl. *tum neque a me flebitur: tu vero morieris ore hianti.* prius non recte vertit: posterius obscure. Tanaq. Faber ad Lucian. Peregr. p. 568. recte: *frustra ego tum flevero; tu enim me illuso morieris.* quanquam posterius malim ita: *tu vero, ore hianti me deridens, morieris.* nam ridentes os solent diducere, ita ut etiam dentes ac rictus appareant. Sententia haec est. Senex ait, mihi jus est te verberare filium meum; tibi rursum tuum, si quando tibi natus fuerit. Respondet adolescens: at si mihi nunquam natus fue-

fuerit filius, frustra ergo fleverò, qui tot a te plagas acceperim, nec rursus vel tibi, vel filio, quem non habebo, imponere possim. tu autem ridens me morieris, quod impune me toties verberaveris, quodque ego plagas rursus infligere filio meo non possim. Interpres etiam Luciani l. d. eam vocem male vertit, quem recte reprehendit Faber. Suidas, ἐγχανὼν, καταγελάσας, laudans hunc locum: ubi Kusterus ita vertit, ut supra scripsi.

NOTAE IN RANAS.

vs. 78. Οὔ, πρίν γ' ἂν Ἰοφῶντ' ἀπολαβὼν αὐτὸν μόνον Ἄνω Σοφοκλέης, ὅ, τι ποιεῖ, κωδωνίσω.] Sensum hunc esse puto, ut Bacchus dicat, se non posse educere Sophoclem ab inferis, priusquam seorsim seductum interroget sine Sophocle Iophonta atque ab eo exquirat, cujusmodi sint ea dramata, quae faciat vel scribat; utrum ipsius sint Iophontis, an Sophoclis, quod vulgo ferebatur. (ποιεῖν enim est *facere*, *scribere fabulas*, ut saepe alibi.) nam si Iophon dicat, suas esse fabulas illas, atque a se scribi, deliberare poterat Bacchus de adducendo ab inferis Sophocle, ut praestantiore Iophonte ipso; sin fateretur patris esse, nihil erat, cur Sophoclem adduceret, cujus dramata filius adhuc ederet mortuo patre. Petitus ad LL. Attic. p. 70. corrigit ἄ νῦν, Σοφοκλέης ὅ, τι ποιεῖ, hac sententia, prius Iophon mihi solus est conveniendus, & explorandum, quid annuat: neque enim Sophocles ipse sine filii auctoritate, qui in eo tanquam desipiente, ejusque bonis, potestatem habebat, poterat polliceri quidquam. Σοφοκλέης ὅ, τι ποιεῖ, ait, videri prima fronte idem esse, ac quid de Sophocle faceret, sed tamen alludi iis verbis ad id, quod Iophonti objiciebatur, nempe eum paterna dramata pro suis edere; adeoque ea ita esse accipienda, quid faciat eorum, quae sunt Sophoclis. Haec mihi non probantur: expositio enim violenta est, & veritati rei repugnat. Sophocles enim etsi a filio παρανοίας accusatus fuerit, tamen a judicibus absolutus fuit, & filius ipsius reprehensus, ut paulo ante narrat Schol. & Auctor vitae Sophoclis. Adde, quod τὸ Σοφοκλέης ὅ, τί ποιεῖ vix Graece videtur dici, pro, *quid de Sophocle faceret*, vel *statueret*: erat enim dicendum, τὸ Σοφοκλέα.

vs. 91. Εὐριπίδῃ πλεῖν ἢ ᾠδῇ λαλίστερα.] Eustath. in Il. p. 1226. 15. laudans hunc locum, ait, ex his, quae augendi vim habent, alia esse communia, alia joci & elegantiae causa a poëtis adhibita, ut cum poëta h. l. dicit cet. & Alexis, alium κρείττονα esse a tero ἡμέρας δρόμῳ, quae a locis contra naturam translata sunt. add. Casaub. ad Athen. p. 63. & 800. Etiam Suidas descripsit hunc locum in πλεῖν, sed corrupte. vid. Kust.

vs. 93. Χελιδόνων μυστεῖα.] Vid. Suid. Eustath ad Od. Φ. p. 1914. 36. λαλαγέστα ἀκαλλὴς (ἡ χελιδὼν) κατὰ τὸ μύθιον ὡς οἷα θρᾷσσα. διὸ καὶ ὁ κωμικὸς, ὃς ἐκεῖνος ψέγει, ὡς τὰς μούσας ἀφανίζοντας, χελιδόνων μυστεῖα καλεῖ, ὅ ἐστιν ὑπερβαρβάρους χελιδόνων ᾠδὰς cet. Locus, qui apud Suid. sequitur, Οὗ περὶ χείλεσι βρέμεται Θρηϊκία χελιδών, est ex hac ipsa fabula vs. 691. sed prave a Suida transscriptus est: ita enim scriptum est, ἐφ' ᾧ δὴ χείλεσιν ἀμφιλάλοις δεινὸν ἐπιβρεμεται Θρηϊκία χελιδών. non notavit Kusterus.

vs. 94. Ἃ φρῦδα θᾶττον, ἢ μόνον χόρον λάβῃ, Ἅπαξ προσερήσαντα τῇ τραγῳδίᾳ.] Χορὸν διδόναι dicebantur choragi poëtae, cum ejus opera utebantur in choro instruendo, & fabula docenda; λαμβάνειν poëtae, qui eas partes suscipiebant. Jam vero mali poëtae non facile suorum dramatum emtores inveniebant, cum choragi, paullo gloriae cupidiores, nullis sumtibus parcerent, ut possent quam optimi poëtae fabulam producere. hoc est, quod hic dicit Aristophanes; malos tragicos incredibili gaudio efferri, si semel operam suam ad scenam locaverint, & fiat illis potestas unam aliquam tragoediam producendi in theatrum. Itaque recte Schol. hic exponit φρῦδα, ἀφανῆ ὑπὸ τῆς χαρᾶς: quasi dicas, prae gaudio eos nescire ubi sint, evanescere. At χορὸν λαμβάνειν quid esset, non intellexit, cum exponit, si semel spectatores habuerint applaudentes dramatibus eorum. Ita fere hunc locum explicat Casaub. in Athen. l. 14. c. 9. p. 907. Et sane χορὸν λαμβανέιν esse, quod vult Casaub. patet etiam ex iis, quae congessit Steph. in Thes. v. χορὸς, & Suid. v. χορὸν διδόναι. sed tamen sententia obscura est: nam quid est χόρον προσερήσαντα τῇ τραγῳδίᾳ. Λαμβάνειν χορὸν est accipere potestatem docendae fabulae; προσερεῖν autem de vento secundo dicitur, qui prosequitur a tergo euntes. itaque χορὸς προσερήσας τῇ τραγῳδίᾳ, est potestas docendi dramatis, quae quasi ventus secundus adspirat ipsorum tragoediae, & quasi navim ad locum optatum, sic eam in theatrum appellit. sed hoc quid sit, non satis perspicio. In poëta malim incisum locare post ἅπαξ, quam post λάβῃ. est enim sententia, *si semel*

semel tantum potestas ipsis exhibendae fabulae concedatur. Θάττον est, *ocius, quam celerrime*, ut saepe alibi.

vs. 96. Γόνιμον δὲ ποιητὴν.] *Nativum* Rutgers. qui hunc versum & tres sequentes vertit jambis, 4. Var. Lect. 9. & Juven. Sat. 7. imitatum docet.

vs. 121. Μία μὲν γάρ ἐστιν ἀπὸ κάλω κ᾽ Θρανίτε, Κρεμασαντι σαυτόν.] Constant. Lex. & Steph. Thes. in voc. κρεμάω, ita haec jungunt. κρεμάσαντι σαυτὸν ἀπὸ κάλω. *si suspenderis te ex fune.* puto incisum majus, vel quod dicitur semicolon, ponendum post Θρανίτε, & praecedentia separanda a κρεμάσαντι σαυτόν: tum quia non recte quis dicitur κρεμᾶν σεαυτὸν ἀπὸ Θρανιτε, tum, quia Suidas variis locis, in πινηρά, in Θράνιον, & κάλως, solum illa memorat, quae dixi separanda, id est, sine κρεμάσαντι σαυτόν. ut & Poll. lib. 10. cap. 11. n. 48. p. 1202. Sensus erit: *prima est a laqueo & scabello*, vel, *primam ostendit laqueus & scabellum, si suspenderis te ipse.* Apud Suid. autem in Θράνιον, videtur rectius scribi Θράνες κ᾽ Θράνια, ταπεινά τινα διφρία, pro eo, quod habet Schol. Θράνες κ᾽ Θρανιτιά τινα. certe Θρανιτια saltem mendosum est, pro Θρανίδια. deinde recte apud Suid. Θρῆνος pro Θρῆνυς ut Schol. perperam. Apud Scholiastem autem melius scribitur πλακτίζοντες αὐτά, quam λακτίζοντες, quod Suidae est. Ceterum Pollux lib. 10. cap. 11. n. 48. Θρανίον hoc loco accipit pro paxillo, cui annectitur restis, ἐπὶ πατιαλιε; de quo vide ibi Commentat. Θρανίον autem apud Suidam scribendum esse, non Θράνιον recte censet Jungerm. & ita quoque apud eundem est scribendum in πινηρά. Schol. recte Θρανίον.

vs. 193. Εἰ μὴ νεναυμάχηκε τὴν ὑπὲρ τ᾽ κρεῶν.] Suid. κρεας. ἔτω καλοῦσι τὸ σῶμα οἱ Ἀτικοί: & subjicit hunc locum. Schol. κρεῶν exponit per σωμάτων, vel τῦ ἰδίε σώματ⊙. Sententia poëtae est haec, opinor, se non recipere servum, nisi qui ad Arginusas depugnarit pugnam illam pro corpore, id est, vita ac salute. Valde exagitat Scholiastae expositionem Gatak. de stylo Nov. Instrum. cap. 10. aitque, ineptissime eum exponere ὑπὲρ κρεῶν, ὑπὲρ σωμάτων, quasi Charon tricorpores quosdam Gorgones, vel saltem bicorpores servos cogitasset: sed haec vox non est captanda: neque enim si dixit Scholiastes, servus non pugnavit πλὴν ὑπὲρ σωμάτων, existimavit, servum plura corpora habuisse, sed ἁπλῶς dixit, quemadmodum poëta, qui hoc forte non de solo illo servo intelligebat, sed in universum Charonem facere dicit, se nullos recipere servos, nisi qui ad Arginusas pro vita depugnassent: vel, si omnino de illo solo sentit, non minus commode potuit dicere de uno κρέα in plurativo numero, quam lepus unus dicitur currere τὴν ὑπὲρ τ᾽ κρεῶν. Deinde Schol. non ob aliam rationem κρεῶν videtur exposuisse numero plurium, quam quia eodem usus erat Aristoph. nam ipse mox exponit ὑπὲρ τῦ ἰδίε σώματ⊙, quibus verbis quid intelligat inferius quoque satis declarat, cum ait, Athenienses ὑπὲρ σώσ᾽ γενομένες ὑπὲρ τ᾽ ψυχῆς ἠγωνίζ. Argutatur valde Gatakerus in hac Scholiastae sententia refellenda, quam si simpliciter accipias, nihil habet absurdi. pone, κρέα non significare corpus, quid tum? ideo non potest dici aliquis pugnare ὑπὲρ τῦ σώματ⊙, vel, quod idem est, ὑπὲρ τ᾽ ψυχῆς. quo utroque etiam Schol. utitur? aut, cum quis dicitur pugnasse ὑπὲρ τ᾽ κρεῶν, an non idem etiam recte poterit dici pugnasse ὑπὲρ τῦ σώματ⊙? quid est ergo, cum in noto proverbio lepus dicitur currere τὸν ὑπὲρ κρεῶν, aut cur hoc ad verbum exponemus, *pro carnibus* (metuens scilicet, ne in pulpamentum incidant) magis quam *pro corpore, ac vita*, quae sententia in iis verbis inest? Et diserte Proverbiorum Auctores & Suidas tradunt, id proverbium dici de iis, qui διακινδυνεύσασι ταῖς ψυχαις, κ᾽ λίαν τῦτο καρτερῶς ἀγωνίζασι: ad quod proverbium respexisse Poëtam ego cum Erasmo & Schotto ad Zenob. 4. 85. opinor Conjectura Gatakeri explicantis, haec dici κατ᾽ ἀπροσδόκητον, ut, cum quis putaret poëtam dicturum νεναυμάχηκε ὑπὲρ τ᾽ ψυχῆς, vel πατρίδ⊙, is praeter opinionem dixerit, τὴν ὑπὲρ τ᾽ κρεῶν, respiciens indolem servorum, quibus cibus & carnes ipsa vita est, satis est ingeniosa: sed mihi non videtur causa, cur recedamus ab interpretatione Scholiastae, in qua ego nihil magnopere quod me offendat invenio. Potest autem ita etiam exponi sententia, ut dicat Charon, se non recepturum servum, nisi interfuerit illi praelio, quod pugnatum est ad Arginusas, non a solo servo, sed ab Athenienſibus, aliisque omnibus, qui in eorum classe erant, ὑπὲρ κρεῶν, i. e. *de vita ac salute*, cum jam attriti aliquot adversis praeliis ante fuissent, atque ita revera ὑπὲρ κρεῶν pugnarent, quod indicat quoque articulus τὴν, quam expositionem etiam in fine notae tangit Schol. Ceterum Palmerius etiam ad hunc locum reprehendit Schol. aitque, cur potius in ea pugna ad Arginusas de propriis corporibus periclitati fuerint pugnantes, quam in aliis, se non videre: nam in omni naumachia periculum maximum de proprio corpore & vita pugnantibus imminere, cet. Ego puto hoc a Schol. ideo dici, quia existimat servos, qui patriam vel pecunias non haberent, non pro his, sed tantum pro propria vita, eaque quam solam habebant, & amittere poterant, pugnasse: quae quidem expositio nonnihil coactior est, & melius fuisset simpliciter exponi ὑπὲρ τ᾽ σωμάτων, siquidem non de uno servo, quem secum habebat Bacchus, intelligit, vel ὑπὲρ τῦ σώματ⊙ ἢ ψυχῆς. Conjectura autem Palmerii de Creonte monte, qui in insula Lesbo memoratur, ad quem putat

forte hanc pugnam esse commissam, & a poëta respici, mihi videtur audacissima, & contra legem metri est, quod etiam ipse fatetur. Quidquid est, verba poëtae ita simpliciter exponi possunt, ut dicat Charon, se non recepturum servum, si non interfuisset celebri illi praelio ad Arginusas, quae pugnata est ab Athenienſibus περὶ κρεῶν. Schol. idem videtur sentire. Si voculam unam aut alteram interponit minus propriam, ea non captanda est, sed benigne explicanda potius, quam argutationibus indulgendum, & conjecturis, quae saepe inanes sunt.

vs. 199. Εἴ τις ἐπιπλεῖ, σπεύδετω.] Interpres: *Si quis praeterea velit adnavigare.* Potest hoc exponi ἐλλειπτικῶς, εἴ τις ἐπιπλεῖ τοῖς ἐπέκεινα. Sed mihi videtur verosimile, scribendum εἴ τις ἔτι πλεῖ. *Si quis insuper vult trajicere:* ut referat morem nautarum, qui soluturi solent inclamare his, qui adstant, vel quos venientes vident, si quis forte eorum una conscendere velit: nam & alia in hac scena tribuuntur Charoni ex more nautarum. vid. Schol. ad vs. 188. 191.

vs. 218. Ἐν Λιμναισιν.] De hoc loco vid. etiam Stephan. & ibi Comment. Harpocrat. v. ἐν Λίμναις. Hesych. v. Λιμναγενης, qui Lenaea ibi acta tradit. Gronovius ad Harpocrat. acerrime invehitur in Blancardum, quod apud Harpocrat. ediderit ἐν Λίμναις Διονύσιον, cum Maussacus recte emendasset editionem Aldinam, quae itidem Διονύσιον praefert: non scio, quam recte. Secutus ille videtur cum Aldum, tum Suidam v. ἐν Λίμναις, qui itidem Διονύσιον, non Διόνυσον habet: & ibi etiam Kusterus id de templo Bacchi exponit. Idem Gronovius notat in MS. Harpocrat. Florent. esse Διώνυσος, idque probat. Sed mihi non improbandum videtur Διονύσιον, accusandi casu: nam credibile est, Harpocrationem respexisse ad h. l. Aristophanis, ut saepe Lexicographi illi, qui verba quaedam ex antiquis auctoribus excerpta praeponunt expositionibus suis, non mutatis casibus, nec tamen id verbum, unde illi casus pendent, addunt.

vs. 219. Ὁ κραιπαλόκωμος.] Schol. ὁ καθ' ὑπερβολὴν γινόμενος ὕρνος. item Suidas: quos sequitur Coelius Rhodigin. l. 7. c. 5. Ego magis probo sententiam H. Stephani, &, qui hunc exscripsit R. Constantini, atque etiam Biseti, esse adjectivum, & jungendum cum ὄχλος; turba, quae ebria & gravata vino comessatur & bacchatur. aliter si accipias, pendebit sensus, nec erit, quo vox κραιπαλόκωμος referatur. Apud Suid. etiam scriptum est κραιπαλαίκωμος; ubi de variatione scripturae nihil monent.

vs. 235. Ἕνεκα δόνακος, ὃν ὑπολύριον ἔνυδρον ἐν Λίμναις τρέφω.] Per δόνακα ὑπολύριον intelligit, quod in cithara μαγάδιον dicitur, quodque chordis subjicitur, quo eae vehantur. hoc olim e calamo fiebat, deinde e ligno, vel cornu. Hesych. Δόνακα, ὑπολύριον. πάλαι γὰρ ταῖς λύραις κάλαμος ἀντὶ κέρατος ὑπετίθετο. sic quoque Pollux l. 4. c. 9. n. 62. nisi quod pro κέρατος legit κεράτων, non recte, ut docet Scalig. ad Manil. p. 421. ed. Raphel. nam κέρασα plur. num. in cithara dicuntur πήχεις, manubria in summo: eaque emendatio Scaligeri legi debebat ad Pollucem, ubi hoc praeterierunt. κέρατος habet etiam Eustath. in Il. Σ. p. 1165. 26. Αἴλιος δὲ Διονύσιος εἰπὼν ὡς δόναξ ἡ τὸ λυρίον, ἐπάγει. τὸ γὰρ παλαιὸν ἀντὶ τοῦ κέρατος ὑπετίθετο κάλαμον; & subjicit deinde locum hunc Aristophanis. Ex his verbis Eustathii, putat Scaliger l. d. ὑπολύριον vel μαγάδιον etiam dictum λύριον; sed eum errare putat Salmas. ad Solin. p. 502. b. d. & apud Eustath. legendum, Αἴλ. δ. Δ. ε. ὡς δόναξ ὑπολυρίου, cet. quorum ea erit sententia, *Aelius Dionysius, cum dixisset, calamum esse ὑπολυρίου*, vel *vocari ὑπολύριον, subjicit, quia olim* cet. Etiam locum Hesychii v. καλαμος emendat ibid. Salmasius. Etymol. M. corruptum in δόναξ, emendant Scaliger l. d. & Jungerm. ad Poll. l. d. δόνακες, κάλαμοι αὐλητικοί, ἢ αὐλοί. πρότερον γὰρ ταῖς θύραις ἀντὶ κέρατος ἐτίθεσαν καλάμους. pro θύραις legunt λύραις, in quo erravit ibi Sylburg. pro ἐτίθεσαν, ὑπετίθεσαν. Lexica laudant δόναξ ὑπολύριος, dubito an perperam. neque enim invenio hac terminatione, magisque puto ὑπολύριον neutro genere subſtantive dici, ut μαγάδιον; quemadmodum etiam Salmasius accepisse videtur, cum in Eustathio emendat δόναξ, ὑπολύριον; idque etiam ex hoc loco videtur patere: neque enim recte vel concinne duo adjectiva jungantur uni subſtantivo, δόναξ ὑπολύριος, ἔνυδρος. est autem ellipsis τὸ ὄντα, ἕνεκα δόνακος, ὃν ὄντα ὑπολύριον, vel εἰς ὑπολύριον, ἔνυδρον τρέφω. Sententiam versus, quem e Sophocle paulo ante protulit Scholiastes, exponit Scaliger. eod. loco.

vs. 255. Δεινότερα δῆτ' ἔγωγ' ἐλαύνων, εἰ ἀμφιβαγήσομαι.] Distinctio tollenda est post ἐλαύνων, & collocanda post ἔγωγε, ut haec conjungantur εἰ ἐλαύνων ἀμφιβαγήσομαι. participium pro gerundio, *remigando.* & ita fere verbum ἀμφιβάλλω solet jungi participiis.

vs. 305. Ὥσπερ Ἡγέλοχος] Schol. τραγῳδίας ὑποκριτής, ὃς καὶ ἐν τῷ Εὐριπίδου προσώπου αὐτῷ τῷ πνεύματος ἐν τῷδε τῷ σίχῳ, Ἐκ κυμάτων cet. αἰφνιδίως ἐφθέγξατο σωτηρίαν τῶν σωτηροφόρων. Suid. v. Ἡγέλοχος, eadem verba refert, nisi quod habet ἐν τῷ Ὀρέστῃ τοῦ Εὐριπίδου, & post relatum versum subjicit, γαλήνη γὰρ τὸ πλοῖον αἰφνιδίως cet. Kusterus in notis scribit, locum corruptum esse & mutilum, ideoque se in eo vertendo sensum potius, quam verba spectasse. Vertit hoc modo: *Hic Hegelochus & in Euripidis Oreste eodem versu usus est. Propter elisam autem ultimam vocalem in*

voce γαληνὰ, *visus est dixisse*, γαλῆν ὁρῶ, *id est*, *felem video : quam ob caussam Comicorum salibus adspersus est*. Suum sensum expressit, non Suidae, nec Scholiastae. Quae sit horum verborum sententia, docet Schol. Euripidis Orest. vs. 279. ubi hoc legitur his verbis ; κεκωμῳδῆται ὁ ςίχ⊖ διὰ Ἡγέλοχον τὸν ὑποκριτὴν. ὃ γὰρ φθάσαι τα διελεῖν τὴν συναλοιφὴν, ἐπιλείψαντ⊖ τῷ πνεύματ⊖, τοῖς ἀκροωμένοις τὴν γαλῆν δοξαι λέγειν, τὸ ζῷον, ἀλλ' οὐχὶ τὰ γαληνά. Πολλοὶ μὲν οὖν αὐτὸ διέπαιξαν ἐν κωμικοῖς. *Derisus fuit hic versus propter Hegelochum histrionem : nam cum deficiente spiritu non potuisset dividere Synaloepham* (hoc quid sit, exponet Voss. de Art. Gramm. l. 1. p. 154.) *visus est auditoribus dixisse γαλῆν animal, id est, felem, non γαληνὰ, id est, tranquillitatem*. Quod Schol. Euripidis dicit, ἐπιλείψαντ⊖ τῷ πνεύματ⊖, id Schol. Aristophanis & Suidae est, προσάντ⊖ αὐτῷ τῷ πνεύματ⊖, id est, *impedito, prohibito commeare spiritu :* quemadmodum hac significatione apud Aristotelem dici προσιςᾶν τὸ πνεῦμα notant Lexica. Itaque haec erit sententia verborum Scholiastae : quem (ferunt) in Euripidis Oreste agendo, impedito, commeare prohibito, vel deficiente ipsum spiritu in hoc versu, οὐ κυμάτων, cet. repente visum contrahere synaloepham, ἀιφνιδίως ὀφθῆναι συνελόντα τὴν συναλοιφὴν, vel ut Euripidis Schol. ὃ φθάσαι διελεῖν τὴν συναλοιφὴν, non potuisse dividere synaloepham, id est, ut Voss. l. d. videtur sentire, cum ultimam literam vocis γαλῆν debuisset conjungere voci sequenti & pronunciare γαλή–ν' ὁρῶ, conjunxisse γαλῆν' atque ita dedisse caussam risus spectatoribus. sane in verbis Scholiastae quaedam corrupta esse, manifesto apparet ex ἀνακλάσθω illo ὃς – ὀφθῆναι, pro quo mihi videtur legendum ὃν, ut subaudiatur λέγωσι, vel φασὶ, quemadmodum etiam apud Schol. Euripidis. Nec satis placet vox ὀφθῆναι : neque enim id tam visum, quam auditum fuit ab auditoribus. Apud Suidam autem melius puto legi ἐν τῷ Ὀρέςῃ τοῦ Εὐριπίδου, quam apud Schol. ἐν τῷ Εὐριπίδου.

vs. 358. Καθαρεύει.] Sic etiam scribitur apud Gellium in praefat. & Suid. in v. Ἐξίςασθαι. Apud Plutarch. libello, utrum Athenienses bellicis an sapientiae studiis majorem gloriam sint consecuti Tom. II. p. 348. D. καθαρεύῃ. Et sane non video caussam, cum sequentia omnia ponantur in Indicativo, cur hic solum optativus locum habere debeat : quamquam ibi etiam vitiose quaedam leguntur.

vs. 366. Εἰκοσολόγ⊖.] Schol. τὰ εἰκοσὰ ἐν κρίσῃ συνάγων. quod Constantinus in Lex. vertit : *vigesimam partem punctorum in judicio referens*. Neutrum intelligo. Pollux l. 6. c. 31. n. 128. recenset inter ὀνόματα ἱπποειδῆ, haud secus atque hic poëta. Apparet autem ex eodem l. 9. c. 5. n. 29. ita vocatos fuisse publicanorum quoddam genus, qui vicesimam quamdam colligerent.

vs. 369. Κυκλίοισι χορεῦσιν ὑπάδων.] Qui sint κύκλιοι χοροὶ, vid. apud Schol. ad Nubes vs. 311. & 332. & Spanhem. ad Callim. Hymn. in Dian. vs. 267. Quod autem hic cyclicos choros memorat poëta, id etiam convenit Cinesiae, qui κυκλιοδιδάσκαλ⊖ dicitur Avib. vs. 1403. ab Aristophane; & κυκλίων χορῶν διδάσκαλ⊖ a Schol. ad Nub. vs. 332. Quomodo autem κυκλίων χορῶν διδάσκαλ⊖ dicatur κυκλίοις χορεῖς ὑπάδειν, non satis assequor : nisi putemus, ipsos illos poëtas ἄσματα sua cecinisse, & ad eorum cantus chorum cyclicum varios motus flexusque edidisse : unde etiam forte Nub. vs. 332. poëta ἀσματοκάμπτας κυκλίων χορῶν vocat. Sane Lucian. de Saltat. p. 798. ὑπάδειν dicit eum, qui histrioni saltanti accinebat. Hoc si verum est, κυκλιοδιδάσκαλ⊖ est non solum, qui modum & rationem chori cyclici edocet, ut Spanh. l. d. censet, sed etiam, qui choro accinit.

vs. 381. Τὴν Σώτειραν.] Minervam intelligi opinor. Hesych. Σώτειρα, ἡ Ἀθηνᾶ ὡς παρὰ τοῖς Ἕλλησιν, & apparet ex epigrammate apud Suidam h. v. itaque forte apud Schol. legendum est, ἴσως γὰρ Ἀθηνᾶ σώτειρα λεγομένη. nam ad Cererem hoc non pertinere docet vs. 385.

vs. 426. Ἐν ταῖς ταφαῖσι πρωκτὸν τίλλειν.] Schol. Theocr. ad Idyll. 5. vs. 43. hunc locum non recte exponit : quo nomine eum reprehendit Heins. Lect. Theocr. c. 9.

vs. 432. Τουτοὶ τὸ Ἱπποβότου.] Versus mendosus est, nam ι paragogicum cum longum sit, facit in prima sede amphimacrum, qui versum jambicum non ingreditur. sunt autem omnes hi versus trimetri ἐφθημιμερεῖς, ut notat Schol. ad principium hujus τριφῆς vs. 419. puto legendum τοῦτον. Apud Suidam in ἱπποπόρος solum legitur τὸν Ἱπποβότου ; nec monent Editores, aliter apud Poëtam legi.

vs. 443. Ἱερὸν ἀνὰ κύκλον.] Hoc pertinet ad choros cyclicos saltantium in sacris. vid. Spanh. ad Callim. Hymn. in Dian. vs. 267.

vs. 457. Μόνοις γὰρ ἡμῖν ἥλι⊖ τὸ φέγγ⊖ λαμπρόν ἐςι.] Schol. ad vs. 443. notat, in aliis esse ἱερόν.

vs. 485. Σπογγιάν.] Laudat Suidas, addens esse ex Ranis h. v. locum non notant Editores. Spongiis autem, certa quadam ratione coactis, usos fuisse antiquos loco καρδιοφύλακ⊖, notat ex hoc loco Lindebrog. ad Terent. Eun. act. 4. sc. 7.

vs. 511. Κάκιστ', ἐπαινῶ.] Hoc dici ab iis, qui quid oblatum recusant, ut apud Latinos *recte, benigne*, docet Casaub. ad Theocr. c. 16. & Diog. Laërt. lib. 2. n. 76. Ceterum hic versus vitio syllabae superfluae laborat, κάκιστ' ἐπαινῶ. ἢ μὰ τὸν Ἀπόλλω ε μὴ ις' ἴγω. neque enim tres

illae syllabae consistere in quinta sede possunt. Si in voce apocopen passa locus esset apostropho, quod non scio, posset legi 'Αποκ'. alioqui extrudenda erit altera particularum negantium.

vs. 515. Ληϊδ' ἔχων.] Haec non Dionyso, sed ancillae tribuunt aliae edd. rectius opinor: recusabat enim Xanthias. Scholiastes a sententia aberrat, cum ait, haec esse verba Bacchi Xanthiam retinentis, & non permittentis intrare cum ancilla. etenim Xanthias jam recusaverat intrare. vid. not. Scalig.

vs. 539. Καὶ πολλα περιπεπλευκότ@.] Suid. v. Ταῦτα. ἀντὶ τοῦ, εἰς πάντα τετριμμένα, *in omnibus exercitati, versati.* Ab eadem re Ulyssem laudat Homerus princip. Odysseae, ubi Eust. πολυτροπον παραφράζει, ὰκ ἐφ' ἑνὸς ἑστῶτα οἷα γεγραμμένην εἰκονα, respiciens, opinor, ad verba Comici vs. 542.

vs. 562. Ἀνημιωβολιαῖα.] Schol. ἀνημιωβολιαῖα ἀντὶ τοῦ, ἕκαστον αὐτῶν ἡμίσυ ὀβολοῦ ἦν· ἄξιον ἡμιωβολιαίου. Suidas h. v. ἡμίστ@ ὀβολοῦ ἄξιον, ἤτοι ἡμιωβολίου: quod praefero. nam ἡμιωβολιαῖον per se est, quod valet dimidio obolo, neque debet dici ἄξιον ἡμιωβολιαίου, sed ἡμιωβολιαῖον simpliciter, vel ἄξιον ἡμιωβολίου, ut Suidas. Sequentia autem Scholiastae verba Salmas. in notis Jungerm. ad Polluc. l. 9. c. 6. n. 64. ita emendat, ut pro ἐπὶ τοῦ ἀνημιωβολίου πολέμιος, legat ἐπὶ τοῦ ἡμιωβολίου; pro Θεοσχθρία, quod tamen etiam Suidas habet, Θεοστχθρια, (sic etiam Aristoph. alibi, at Lucian. Lexiph. Θεοιχθία.) pro ἀνημιωβόλιον, ἀνὰ ἡμιωβόλιον: Poëtam enim licentia comica ex ἀνὰ & ἡμιωβόλιον, (id est, *fere, circiter, dimidius obolus*) composuisse ἀνημιωβολιαῖ@. In MSS. autem apud Pollucem in ipsis Poëtae verbis legitur ἀν' ἡμιωβολιαῖα, quod praeferret Jungermannus, nisi obstaret auctoritas Scholiastae. Si legas ἀν' ἡμιωβολιαῖα, pro ἀνὰ, esset, *quarum singulae valent dimidio obolo*, idque conveniret expositioni Schol. ἀντὶ τοῦ ἕκαστον αὐτῶν ἡμίστεος ὀβολοῦ ἄξιον: eam enim vim habet praepositio ἀνὰ. Sed relinquenda est ob auctoritatem Schol. & Suidae vulgata. Salmasii autem conjectura videtur vera, pro ἀνημιωβόλιον in Schol. legentis ἀνὰ ἡμιωβόλιον: nec tamen necesse est ibi ἀνὰ verti *circiter, fere:* sed recte vertas *singulae*, ut modo dictum, quod conveniet cum expositione Scholiastae. Quod autem Lexica laudant ἀνημιωβόλιον, pro *dimidio obolo*, ex hoc loco hauserunt: quod facere non debuerant. Ceterum nota Salmasii etiam pertinet ad locum Suidae, qui sua hausit e Scholiaste.

vs. 575. Τὰς ψιάθας.] Notat Schol. in Callistrato scriptum esse τὰς ψιάθους, idque ibi notari tanquam animadversione dignum, quod Poëta eam vocem masculino genere usurpaverit. Etiam Suidas v. ψιάθα tradit, Aristophanem hanc vocem dixisse genere masculino, cum sit foeminini. Respexit procul dubio ad hunc locum Poëtae, etsi interpretes de eo nihil notent. Callistratum autem inter antiquos Scholiastas fuisse, e multis locis horum Commentariorum constat.

vs. 577. Τὸν προστάτην Κλέωνα.] Interpres: *Urbis praesidem.* Ita forte verti potest, quod moderabatur pleraque pro suo arbitrio. Sed proprie προστάται Athenis erant patroni τῶ μετοίκων, vid. Suid. & Harpocrat. Aelian. 12. V. H. 43. turbulentos quosdam demagogos & oratores, cujusmodi & Cleon erat, vocat προστάτας τοῦ δήμου: quae significatio hic quoque locum habere potest. Cleonem autem jam tum obiisse, notat Schol. cum scena sit apud inferos, quod ad tempus, quo acta est haec fabula pertinet, ut &, quod mox de Hyperbolo dicit.

vs. 578. Σὺ δ' ἔμοι γ', ἐάν περ ἐπιτύχῃς, Ὑπέρβολον.] Non video, cur retracto accentu debeat dici ἔμοι γ', pro ἐμοί γ'. deinde, nec hoc intelligo, ad quem ἡ παιδοκτύπεια dicat σὺ δὲ, cum una tantum sit ancilla Πλαθάνη, cum qua loquitur: nisi putemus aliam etiam intelligi, tanquam mutam personam, quam alloquatur, quod mihi non verosimile videtur. forte pro σὺ δ' ἔμοι γ', legendum est, σὺν δ' ἔτι γ', *atque una, atque insuper una:* nam σὺν, sine casu positum, hoc notat.

vs. 632. Ὑσριχίδ. μαστιγῶν.] Hesych. ὑσριχὶς, μάστιξ πεπλεγμένη ἐξ ὑείων τριχῶν. etiam Polluci l. 2. c. 3. n. 24. ὑσριχις dicitur, & l. 3. c. 8. n. 79. αἱ μάστιγες, ὑσριχίδες. & inter σκευη ὑσριχὶς recensetur ab eodem l. 10. c. 40. n. 168. Suid. ὑσριχις, ἡ ἐξ ὑείων τριχῶν μάστιξ. Idem tamen ὕσριξ, ὰκ ὁμματ@ μετ' αὐτῶν τῶ τριχῶν μάστιξ, laudans h. l. Aristophanis. Etym. M. ὕσριξ, ὕσριχ@, ἡ ὰκ τῶ τριχῶν τῶ ὑῶν μάστιξ. ut adeo videatur & ὕσριξ & ὑσριχις dici pro flagello; quod etiam Constantinus docet auctoritate Suidae. Sed cum nullum vel ab Etymologo, vel a Suida, exemplum adferatur, atque Suidas insuper τῷ ὕσριξ subjiciat ex h. l. ὑσριχίδ. μαστιγῶν, ego adhuc ἐπίχω, an pro flagello ὕσριξ dicatur nominandi casu.

vs. 725. Κιμωλίας γῆς.] Vid. Bochart. Chanaan. l. 1. c. 14. p. 454. & Eustath. ad Dionys. Perieg. vs. 530.

vs. 731. Ἐς τε τῶ πολιτῶν τὰς καλὰς τε κἀγαθὰς, εἰς τε τἀρχεῖον νόμισμα, ἢ τὸ καινὸν χρυσίον.] Comparatio est inter cives καλὰς κἀγαθὰς, & τὸ ἀρχεῖον νόμισμα. Quae debebat referri ad τὸ καινὸν χρυσίον non apparet. cives enim boni ac probi conferuntur cum veteribus nummis, non cum recentibus. Ut omnia congruant, & plena sit oppositio, puto legendum, τὰς καλὰς τε κἀ'γαθὰς. *Mihi videtur civitas eandem sequi rationem in civibus bonis ac malis, quam sequitur in nummis veteribus & recens cusis aureis.*

vs. 737. Τοῖς πονηροῖς χαλκίοις.] Hemst. ad Poll. l. 9. c. 6. n. 92. putat ex h. l. patere, χαλκια pecu-

peculiariter dicta nummos aureos, quibus plurimum aeris erat admixtum. Sane, quae hic χαλκία, paulo ante dixerat χαμὸν χρυσίον. Jungerm. ib. n. 91. putat Pollucem, qui ibi h. l. laudat, dixisse χαλκίον singulari numero dici, ut ἀργύριον: apud Aristophanem tamen & Eubulum dici etiam χαλκία.

vs. 743. Καὶ πονηροῖς, κἀπὶ ποτηρῶν.] Hac forma loquendi Graeci saepe notant homines improbos. De probis e contrario ὁ κακὸς ἐσθλὸς ἐπὶ κακῶν. vid. Theocrit. Id. 25. vs. 38.

vs. 757. Μάλα γ' ἐποπτεύειν δοκῶ.] Casaub. in Athen. l. 6. c. 15. p. 447. *Ultima meta τῇ μυήσεως erat fieri epoptam & epborum: quare ἐποπτεύειν proverbii instar de fruitione summi boni dicitur. Aristoph. Ran. cet.* Quae de tempore, quod inter μύησιν & ἐποπτείαν intererat, ibidem disputat Casaubonus, refelluntur a Salmas. ad Hist. Aug. T. 1. p. 119. seqq. Adde Petit. ad LL. Attic. p. 30.

vs. 836. Σμιλεύμαλά τ' ἔργων.] Salmas. ad Solin. p. 735. b. c. *Aeschylum in componendis tragoediis majestatem & pondus verborum sententiarumque consectatum esse potius, quam elegantiam & nitorem, veteres critici observant. Contra ea Euripidi vitio datum est nimis accuratum & ornatum dicendi genus, & nimius nitor in tragico argumento. Aristoph. in Ranis de Euripide* σκινδαλμῶν παραξόνια, σμιλεύματα τ' ἔργων *vocat, quibus in comparationem opponit Aeschyli* ἱπποβάμονα ῥήματα *cet. Schol.* σμιλεύματα *interpretatur* διαγλύμματα, *quod ad calamos scriptorios scalpello temperatos referendum est.* κάλαμοι Δημόκριτοι *Crinagoras in Epigramm.* Idem Salmasius paulo ante σμίλιον inter instrumenta librarii referri notat, id est, scalpellum. Unde in veteri Epigrammate, σμίλα δοκογλυφῶν. Pollux l. 7. c. 21. n. 83. ait σμιλεύματα h. l. dici a σμίλη coriariorum, ut sint *rejicula, resegmina.* sed possunt in universum dici, ut videtur, σμιλεύματα, omnia quae resecantur τῇ σμίλῃ, etiam ea, quae praeciduntur in temperandis calamis. Suidas h. v. laudat hunc locum, & describit Scholium. Interpres ibi vertit, *& quisquiliae facinorum viri vim illatam fortiter propulsantis.* Quod est apud Schol. ἐρεθίσματα, idem Interpres vertit, Metaphorice, *quaevis quisquiliae.* Vox mihi suspecta est. neque enim alibi vocem ἐρέθισμα hac significatione inveni. Tan. Faber ad Anacreont. Od. 22. putat legendum ἢ ξέσματα.

vs. 852. Καταλεπτολογήσῃ πλοκαμίδιον πολὺν πόνον.] Id est, *subtiliter examinabit verba turgida & sesquipedalia;* quae paulo ante dixit ἱπποβάμονα ῥήματα, γομφοπαγῆ, *orationem ampullatam & dithyrambicam, quae pronunciari sine pulmonis vexatione & anhelitu non possit.* Casaub. ad Pers. Sat. 1. vs. 14. p. 56. *Grande aliquid, quod pulmo animae praelargus anhelet.*

vs. 1011. Νῦν γῶν Ἀθηναίων.] Suid. v. αἶκε πάθοι. & v. μικροπρεπείας, laudat haec fere omnia, sed non satis accurate. Quod autem Schol. habet ad vs. 1014. μικροπρεπείας δίγμαλα, apud eum posteriore loco legitur μικροπρεπείας ῥήμαλα. Describit autem poëta mores Athenienses, quos mire fuisse sollicitos, ne quid servorum sibi fraude periret, & in rebus minutis & parvi pretii attentos fuisse, etiam ex h. l. notat Casaub. ad Theophr. Char. p. 232. Μικροπρεπείαν accipi a Scholiaste & Suida ἀντὶ μικρολογίας, notat ibid.

vs. 1022. Καὶ Μελιτίδαι κάθηλο.] Suid. v. ἀδελτερώτατον, βεταλίων, & μαμμάκυθον legit Μελιτίδαι κάθηι). Kusterus ibi notat hanc lectionem meliorem esse ea, quae est in Editionibus Aristophanis, & copulam κἀ delendam. ratio est, quia secunda in Μελιτίδαι longa est: id enim apparere ex hoc versu comici Ran. 1337. Σκολιῶν Μελίτης κἀ Καρικῶν αὐλημάτων: nam & ibi itidem delendum esse τὸ κἀ ob legem metri & sensum, atque auctoritatem Suidae v. Μέλιτος. Haec mihi non probanda videntur. Cur enim lex metri in hoc versu jubet tolli τὸ κἀ? quia, inquit Kusterus, secunda in Μελίτης longa est. At quomodo hoc probat? quia Suidas in Μέλιτος, κἀ omisit: inde scilicet apparet, id debere deesse, & eam syllabam longam esse. At quis nobis affirmabit potius apud Aristophanem τὸ κἀ delendum esse, quam apud Suidam excidisse? cum praesertim etiam ibi vitiose σκολιὰς Μελίτης legatur pro σκολιῶν. Puto falsum esse, quod Kusterus, & Bentlejus, cujus auctoritatem se in eo sequi fatetur ad v. ἀδελτερώτατον, volunt, mediam in Μέλιτος, & antepenultimam in Μελιτίδης longam esse: nam 1. repugnat origo harum vocum, quae ἀπὸ τοῦ μέλι ducitur, auctore Eustathio in Od. N. p. 1735. 51. & Schol. h. l. μέλι autem utramque brevem habere certum est. 2. aliae cognatae voces, quarum duae priores syllabae eaedem sunt, eas utrasque breves habent. Μελίτη, Nereis, Hesiod. Θεογ. vs. 246. Homer. Il. Σ. vs. 42. Virg. 5. Aen. 825. Μελίτη, δῆμος Atticus, Aristoph. Ran. vs. 504. Μελίτη insula, unde catuli Μελιταῖοι, apud Holsten. ad Steph. in epigr. inedito. Quod autem apud Suidam omnibus locis legitur κάθηται, non improbandum videtur, nam cur in imperfecto dicatur κάθηλο, *sedebant*, nulla ratio est.

vs. 1041. Νεθισίας.] Itaque non recte Thomas Magister rejicit νεθισία. Illustrat h. l. Victor. 34. Var. lect. 1. ubi de fructu, qui e poëtis legendis capitur.

vs. 1051. Καὶ σὺ τί δῆτα δράσας, αὐτὸς ὅτως ἀνδρείως ἐδίδαξας.] Bentlejus in Ep. Millium, Malalae subjecta, p. 21. e MS. Oxon. κἀ σὺ τί δράσας ὅτως αὐτὸς γενναίως ἐξεδίδαξας. quod probat etiam ob eam causam, quod in anapaestico post quartum pedem non debet relinqui syllaba, quae faciat caesuram.

vſ. 1064. Ὀρφεὺς μὲν ἦν τελεῖας δ' ἡμῖν κατέδειξε.] Suid. v. Ὀρφεύς, ſcribit etiam ferri librum illius Τελείας, ſed ab aliis Onomacrito tribui. Interpres ibi *initia* vertit. Kuſterus laudans hunc locum Comici, *ritus ſacrorum*. Sane τελεταὶ utrumque notat. Heſych. τελεταὶ, θυτίαι, ἑορταὶ, μυσήρια. Serv. in VI. Aen. 645. *Orpheus primus Orgia inſtituit.* Orgia autem generali appellatione dicuntur omnium ſacrorum cerimoniae.

vſ. 1088. Ἦν ἐν σὺ λέγῃς Λυκαβητὸς.] Suid. v. Λυκαβητὸς, laudat h. l. ſed corrupte, emendatus a Kuſtero in notis. Eſt autem mons Atticae, ut idem docet, & Plinius H. N. l. 4. c. 7. Ait autem Suid. Λυκαβητὸς & Παρνασσὸν μιγέθη dici ἐπὶ τῶν εἴς τι μεγαλαυχούντων. Παρνασσὸν μιγέθη dicit, quod ejus montis altitudo celebratur ab antiquis. v. Bochart. Geogr. p. 469.

vſ. 1124. Ὑπολειπόμεθ'.] Id eſt, *poſtremus.* v. Kuhn. ad Poll. l. 6. c. 8. n. 44. Pro βραδὺς autem in verſu praeced. ſi legeretur βραχὺς, hoc utique praeferrem: nam hominibus brevibus & pinguibus utique moleſtior eſt curſus; ſed & breves magis ſolent incurvo capite & cervice incedere, praeſertim ſi pingues. adde, quod non neceſſe erat, bis idem dicere. nam ex eo, quod ὑπολειπόμεθα dicit, ſatis intelligitur, eumdem βραδὺν fuiſſe.

vſ. 1131. Μίγα τὸ πρᾶγμα.] Schol. ait, στροφὴν & ἀντιστροφὴν ſingulas eſſe 10. verſuum, ἐπιμεμιγμένων τριβράχεσιν: & quidem 1. 4. 6. & 10. eſſe trochaicos tetrametros catalecticos: reliquos trochaicos dimetros acatalecticos; niſi quod ſeptimus verſus στροφῆς ſit anapaeſticus πενθημιμερής, octavus autem dimeter brachycatalecticus. Septimus vero eſt: Ὅ, τι πιὸ ἦν ἔχειτον ἐρίζειν: qui mihi videtur ἑφθημιμερής, atque inſuper prima ſede tribrachyn habet, quod apud Ariſtoph. in anapaeſticis obſervare non memini. Octavus: Λέγετον ἢ ἔπιτον, ἢ ἀναδαίλρετον: in quo rurſus duo tribrachys. Quae autem porro Schol. dicit de numero verſuum, 1. 4. 6. 10. ea tantum ἀντιστροφῇ conveniunt. nam in στροφῇ ſunt trochaici tetrametri, immiſto pede tribrachy, 1. 2. 3. 5. & 9. Sed mihi incidit ſuſpicio ex eo, quod Schol. στροφῆς & ἀντιστροφῆς verſus pares facit, ſecundum verſum στροφῆς dividendum eſſe in duos trochaicos dimetros, eo quod alioquin in ea non 10. ſed tantum 9. ſunt verſus, & quod ſecundus in fine abundat ſyllaba una: Χαλεπὸν ἢ ἔν ἔργον διαιρεῖν, ἢ ὅταν ὁ ἢ τεῖνῃ βιαίως: quem ſi dividas, duo erunt trochaici dimetri: Χαλεπὸν ἔν ἔργον διαίρειν Ὅταν ὁ τείνῃ βιαίως. quo pacto omnia conſtabunt.

vſ. 1155. Ὀρεσίας.] Ex Euſtath. ad Il. K. principio videtur legendum eſſe Ὀρεσείας. idque probat Stanlej. ad Aeſchyl. in notis ad Catalog. p. 709. Bentlejo etiam in Ep. ad Millium p. 19. Ὀρέσεια dicitur.

vſ. 1340. Πᾶ ἐστιν ἡ τοῖς ὀστράκοις αὐτὴ κροτοῦσα.] De muſica, quae fiebat compoſitis teſtis, vel conchis, v. Caſaub. ad Athen. l. 5. c. 4. & ad Sueton. Neron. c. 20. Scaliger. ad Copam Virgil. p. 255.

vſ. 1400. Τὰ κῶλά τ' ὠμπάλλετε.] Interpres, *membra.* immo *retia*, ut recte Biſetus, probante Jungerm. ad Polluc. l. 5. c. 4. n. 27.

vſ. 1406. Διπύρους ἀνέχουσα λαμπάδας.] Hujus loci explicatio eſt apud Spanhem. ad Callim. Hymn. in Dian. vſ. 11. ubi & nummum profert, in quo eſt Diana, utraque manu facem tenens.

vſ. 1431. Κόκκυ. μεθείτε.] Ita videtur diſtinguendum. Etymol. & ex eo Suidas, ut emendant Edit. κόκκυ, οἱ Ἀττικοὶ τὸ ταχύ. Heſych. τὸ ἐλάχιστον. Euſtath. in Od. Δ. p. 1479. 43. ait, apud Comicum eſſe adverbium. reſpexit forte ad hunc locum. Mihi videtur eſſe vox ficta h. l. nam cum paulo ante dixiſſet, κᾀ μὴ μεθεῖσθον, πρὶν ἂν ἐγὼ σφῶν κοκκύσω, pro λέξω, vel βοήσω, voce ea, ut videtur, ridiculi gratia, uſus; nunc ob eandem cauſſam inclamat κόκκυ.

vſ. 1472. Ποθεῖ μέ.] Suidas v. σιγῶ refert verſum Ionis, quem Ariſtophanes hic imitatur, & adducit Scholiaſtes. Σιγᾷ μέ, ἐχθαίρει δὲ, βέλεται γε μήν. Deinde in σίφνιοι. ἐκ τοῦ Ἰώνου Φρεαρῶν. φησὶ δὲ κᾀ Ἀριστοφάνης. ποθεῖ μέ. cet. quae ad locum illum non pertinent, ac forte male divulſa ſunt ab iis, quae refert idem in σιγῶ. Kuſt. ad Suidam v. σιγῶ ait verſum illum eſſe Euripidis, teſte Schol. Ariſtophanis h. l. in quo notanda eſt ejus incuria. nam Schol. ait eſſe ἐκ τοῦ Ἰώνου Φρεαρῶν. Portus in σίφνιοι hoc vertit, *ex Ionis opere de praeſidiis.* male. Φρεαροὶ nomen eſt dramatis, quod Ion ſcripſerat. meminit ejus Athen. l. 4. c. 25. & Heſych. in Νιφόεσσα Ἑλένη. vid. Caſaub. ad Athen. p. 318. Ceterum pro βέλεται οἱ ἔχειν, quod eſt apud Suidam, Scholiaſtes habet: βέλεταί γε μήν.

NOTAE

NOTAE IN EQUITES.

vſ. 9. Οὐλύμπιε.] Suidas in Ξυναυλίαν, & Euſtath. in Il. T. p. 1175. 64. Ὀλύμπιε. Notat Kuſterus, Οὐλύμπιε eſſe Ionicum, atque ideo ſe malle legere κλαύσωμεν ἂν Ὀλύμπιε. non improbabiliter, ſi non produci poſſet prima in Ὀλύμπιε ob ſequentem liquidam. itaque malim Ὀλύμπιε cum Suida & Euſtathio. De συναυλία habet quaedam Athen. 14. 2. ubi vide Caſaub. & Spanh. ad Callim. p. 471. Olympi autem etiam meminit e Comico Euſtath. in Il. A. p. 27. f. & Pollux l. 4. c. 10. n. 78. Vocis vero νόμος varios uſus adfert Schottus ad Procli Chreſtom. p. 36. pro hymnis deorum quod accipi notat Scholiaſtes, pluribus exponit Spanhem. in Callim. Hymn. in Del. vſ. 304.

vſ. 42. Δῆμος Πνυκίτης.] Populus Pnycites, id eſt, Athenienſis, qui convenit in Pnycem judiciorum & ſuffragiorum de Magiſtratibus eligendis gratia. Quia tamen hic poëta non apertis verbis, ſed per aenigmata populum deſignat, forte convenientius fuerit, δῆμον Πνυκίτην. Meurſ. de Popul. Athen. T. 4. Theſ. Ant. Graec. v. πνυξ, legit, Δῆμος, Πνυκίτης: *Demus, Pycnites:* diviſim; ut Δῆμος ibi dicatur pro nomine proprio, quod non abſurdum eſt. Nec facile quidquam in lectione mutaverim; cum etiam apud Dionem Chryſoſt. loco a Kuſtero laudato p. 362. legatur δῆμος, nec non apud Suidam. Tangit autem h. l. etiam Stephanus in Πνυξ, & Valeſ. ad Harpocr. pag. 64. Confirmat ſententiam Meurſii Pollux, qui lib. 8. n. 133. ἀφ' ἧς (Πνυκὸς) τὸ τὸ δῆμα θόρυβον πυκνίτην φασὶν οἱ κωμικοί. Nam ſi θόρυβος populi dicitur πυκνίτης, utique non ipſe populus. itaque ex ipſius ſententia videtur πυκνίτης hic eſſe θορυβώδης. Kuhnius non recte ibi putat, apud Comicum legendum πυκίτης.

vſ. 50. Ὦ δῆμε.] Hic quoque ſcribendum videtur Δῆμε, & vertendum *Deme*, ſi Meurſium ſequimur. v. ad vſ. 42. & ſic quoque h. l. Caſaub.

vſ. 61. Συλλιφ.] Brod. 1. Miſcell. 35. ſcribit, errare eos, qui exponunt *vaticinari* ac *divinare*: cum ſit *more ſenum delirare*. Suidas h. v. Scholiaſten deſcripſit, & praeterea quaedam addit.

vſ. 67. Ὁρᾶτε τὴν Ἴλαν.] De hujus loci ſententia diſputat Hartungus Theſ. Grut. Tom. 2. p. 684. puto eſſe fictum nomen ſervi.

vſ. 103. Ἐπίπαγα λείξας.] Laudant Suidas h. v. Etym. M. h. v. Pollux lib. 10. n. 96. & 6. n. 61. Euſtath. in Il. p. 1095. 20. Steph. de Urb. v. δῆμος. Apud Pollucem autem lib. 10. & Etym. M. legitur λείχων. Sed Scholiaſtes infra ad vſ. 1086. docet, hic lectum fuiſſe λείξας, ibi λείχων. vid. tamen notam Jungerm. ad Polluc. l. 6. n. 61. Kuhnius ad Poll. lib. 1. n. 26. hoc recenſet inter Pollucis ἁμαρτήματα μνημονικά: & tamen etiam apud Etymologum ita legi e Lexico Rhetorico ad Poll. lib. 6. n. 61. notat Salmaſius; ut, ſi id erratum eſt, non ſolius Pollucis ſit.

vſ. 152. Κάθελ' αὐτὸ τέλειον.] Ἔλειον & ἐλεὸς dicunt Graeci. Harpocration & Euſtath. h. l. laudant, ut notat Kuſterus. Adde eundem Euſtath. in Od. Ξ. p. 1766. 42. Apud Harpocr. autem in ἐλεοκόπων locus eſt difficilis. μήποτε δὲ παρὰ τὸ ἐλεὸν, ὅπερ ἐστὶν οὐδὸς ξύλινον, γεγένηται τέκμωρ. Quid enim ibi eſt οὐδὸς ξύλινον, *foris lignea?* an ergo intus ferrea, & obducta tantum ligno? hoc quidem inane eſt. ſed difficultatem hanc diſſimulant omnes Harpocrationis & Suidae ac Pollucis Interpretes, quibus locis de ἐλεὸς agunt. Suidas, qui eum articulum deſcripſit ex Harpocratione, vocem οὐδὸς omittit, quod & ipſum non monuerunt Editores: nec tamen veriſimile eſt, eam temere in Harpocrationem irrepſiſſe. Non habeo, quod dicam. Videtur tamen pro ἐλεὸς legi poſſe πλεκτὸν. Etym. M. v. ἐλεὸν: ἐξ ἐλείων ῥάβδων ἦσαν πεπλεγμέναι αἱ μαγειρικαὶ τράπεζαι. Heſychius v. ἐλεοῖσι. τοῖς ἐκ λύγων πεπλεγμένοις. Cogitabam etiam pro voce corrupta forte legendum ἐπιξηνον, errore forte orto e compendiis ſcripturae: ſed hoc nimis longe a ductu literarum recedit.

vſ. 165. Καὶ τὸ Πυκνός.] Hanc lectionem probant Harpocration, Suidas, qui etiam notam Schol. deſcripſit, in πνυξ, Etymol. M. & alii. Et ipſe Ariſtophanes aliquoties ita loquitur, cujus loca congeſſit Kuſterus ad Theſmophoriaz. vſ. 665. & ad Suid. l. d. & in πύκνη, ubi notat apud Harpocrat. repugnante ſerie literarum legi πυκνὶ pro πυκνί. Ea obſervatio vera eſt: ſed ante ipſum jam legebatur apud Rutgerſ. 5. Var. Lect. 1. & Valeſ. ad Harpocr. p. 64. Ed. Blancardi. Porro apud Suidam in Πύκνη, turpiſſimum errorem reliquit Kuſterus, qui cum notet eum articulum ex Harpocratione, non emendet vitioſum illud Κλειδίμος, pro Κλειδήμος, ut in Harpocratione legitur, & in Suida reponendum oſtenderat Rutgerſius l. d.

vſ. 196. Καὶ σαφῶς γίγαμός.] Non caret ratione conjectura Caſauboni σοφῶς. Nam ſi eſt γίγαμος, utique non eſt σαφής: & repugnat vulgata lectio expoſitioni Scholiaſtae.

vſ. 219. Ἔχεις ἄπαλλα τὰ πρὸς τὴν πολιτείαν, ἃ δεῖ.] Manifeſte vitioſus verſus: nam ſecunda in πολιτεία longa eſt. Puto legi poſſe deletis articulis: ἔχεις ἄπαλλα πρὸς πολιτείαν, ἃ δεῖ. Kuſterus: ἔχεις τὰ πάλλα e MS. Mihi articulus eo loco melius abeſſe videtur.

vſ. 255. Φράτορες τριωβόλου.] De triobolo, quae merces erat judicum apud Athenienſes, multis agit Petit. ad LL. Att. p. 325. ubi & hunc locum laudat. Adde Poll. l. 8. n. 20. atque ibi Jungerm. & Salmaſ. de Modo Uſur. p. 25. qui diſputat, diurnam hanc mercedem fuiſſe judicum, ita ut integro anno accipiant 180. drachmas ex publico. de triobolo judiciali etiam Meurſ. Areop. pag. 2123. & ſeqq. Tom. 5. Ant. Graec. ubi itidem de Ἡλιαστῶν.

vſ. 262. Διαβαλῶν.] Conjeceram Ἀμφλακῶν ex Heſychio, qui Ἀμφλακεῖν, ait, παλαιστικόν τι. Deinde vidi Caſaubonum, etſi ita legendum eſſe non dicit, tamen indicare, ſe in eadem ſententia fuiſſe. Et ita quoque puto ſcribendum apud Schol. παλαιστικὰ γάρ εἰσι ταῦτα, καὶ τὸ Ἀμφλακῶν, καὶ τὸ ἀγκυρίσας. *complexi* dicit Corn. Nep. in Epamin. c. 2. In Fabri Agoniſt. & Mercuriale nihil de hoc reperio.

Ibid. Ἀγκυρίσας.] Scaligeri ad Euſeb. num. 2208. expoſitionem vide hic apud Kuſterum, qui recte ſentit, nec probari eam facile, quod nullis aliis argumentis nititur, nec rejici poſſe. Salmaſius ad Lamprid. Commod. p. 521. Scaligeri expoſitionem rejicit, aitque, ἀγκυρίζειν eſſe pedibus pedes ſubvincire & ſupplantare. ſed nec ipſe quidquam adfert, unde hanc ſignificationem hujus vocabuli oſtendat: quod forte facturus fuerat in libro de ſchematis & tropis palaeſtrae, quem ibi promittit. De emendatione Caſauboni judicium Kuſteri probo; in primis cum etiam Pollux lib. 3. num. 155. ἀγκυρίζειν inter παλαιστικὰ recenſeat.

vſ. 287. Κατακικρᾴζομαί σε κράζων.] Priſcianus lib. 18. p. 1187. habet σε, aitque, Graecos huic verbo, & καταβοάω ſine diſcrimine genitivum & dativum adjungere. Mihi hic magis placet σε, vel metri gratia, ne loco impari ſpondeus ſit.

vſ. 313. Θυννοσκοπῶν.] Scholiaſten iisdem plane verbis exſcripſit Suidas in v. Θυννοσκόπος & Θυννεσκοπῶν. Porro de captura thynnorum vid. quae notant Caſaub. ad Strab. lib. 5. p. 223. & Brod. 6. Miſcellan. 8.

vſ. 316. Ὅσις ὑποτίμων ἐπώλεις.] Conjeceram ὑποτιμῶν, ut conveniret cum ἐπώλεις: nam aliquin ἐποτίμων πωλεῖς potius dicendum fuerat: cum vidi ita legi apud Suidam in μοχθηρία, ubi deſcribitur Scholiaſtes. hoc tamen Kuſterus neque hic, neque ad Suidam, notare voluit.

vſ. 320. Πάμπολλον τοῖς δημόταισι καὶ τοῖς φίλοις παραχέθειν.] Supereſt hic ſyllaba. Kuſterus putat delendum τοῖς. non intercedo. Sed non minus recte ſcribi poteſt δημόταις, quo facto nihil abundabit. Nam Kuſterum, cum edat δημόταισι, aliquid ſupereſſe in hoc verſu ſcribere, valde miror.

vſ. 321. Ἔνεστι σὺ ταῖς ἐμβάσιν.] Kuſterus locum Ovidii & Sidonii profert, ut oſtendat, etiam Latinos dicere, *pedem natare* in calceis nimis laxis. Debet illa Caſaubono ad Theophraſti Charact. cap. 5. p. 138. ubi inter ruſticitatis ſigna habetur geſtare calceos pede majores. Caſaubonus ibi & hunc locum Poëtae citat; aitque, ex eo patere, valde irriſos fuiſſe, qui calceos geſtarent majores pede. Habet etiam quaedam huc pertinentia Salmaſ. ad Tertullian. de Pall. pag. 199.

vſ. 348. Ὕδωρ τε πίνων.] Spanhem. ad Callim. Hymn. in Pall. p. 582. ſcribit, Ariſtophanem ὕδωρ πίνειν notare, ut miſerorum ac egenorum: nam Scholiaſtem hoc exponere τετέρει, ταλαιπωρῶν. Non percepit mentem Poëtae; qui hoc vult, inexercitatos Oratores, cum δικάδιον iis agendum eſt, eo quod imperiti ſunt dicendi, multis laboribus ac vigiliis orationem vix ac difficulter componere, ac ſtudiorum cauſſa, vino abſtinentes, aquam bibere. Ita recte Caſaubonus. Itaque quod ait Schol. ταλαιπωρῶν, non eſt, tanquam pauper, aut miſer; ſed ταλαιπωρῶν ὡς πρὸς τὴν σύνταξιν τοῦ λόγου; & ut Schol. ipſe exponit, μὴ πολλὰ καμάτου συντάσσων τῷ δίκῃ.

vſ. 384. Καὶ τὸ πρᾶγμ' ἓν ἦν | ὃκ ἦν | φλαῦρον ὧδ'.] Deeſt ſyllaba: non enim ſunt tres cretici, quos eſſe ait Scholiaſtes. Forte ὃκ ἂν ἦν.

vſ. 391. Τἀλλότριον ἀμῶν στρ.] Suidas, ἀλλότριον ἀμῶς στρ., ἐπὶ τῶν ἀλλότρια κερπευμένων. poteſt videri huc reſpexiſſe. Sed Interpretes ibi nihil notant: cum in ἀμῶμαι οἱ locum deſignent. De hoc proverbio vide, praeter Erasmum, Nanſium ad Nonni Euang. Joh. cap. 4. vſ. 186. & Spanhem. ad Callim. Hymn. in Cerer. vſ. 138.

vſ. 395. Μακκοᾶ.] Suid. h. v. ἀνοητοῦ, ἐπὶ τοῦ ἐστί. ἔφαμεν δέ, ὅτι ἡ Μακκὼ ἐνέκα ἦν. Hinc corrigendus Scholiaſtes, qui pro ἐπὶ τοῦ ἐστί habet οὐ θεῖ ἐστί. ubi Kuſterus edidit: οὐ θεῖ ἐστί: ſine ratione. In primis autem notandum apud Suidam illud ἔφαμεν δέ, quod manifeſtum praebet argumentum, exſcripta ab eo eſſe Scholia, non Scholiaſten ſua ab eo deſcripſiſſe: nam quod hic ait, ἔφαμεν δὲ, pertinet ad vſ. 62.

vſ. 396. Ὡς δὲ πρὸς | πᾶν ἀναιδεύῃ.] Schol. ad vſ. 381. rationem horum metrorum exponens, ait, primum & ſecundum eſſe trochaica dimetra acatalecta, & illud in quarta ſede jambum habere, hoc in tertia: nec tamen conſtat metrum illius verſus, quem hic adſcripſi; nam prima ſede creticus eſt. Suidas in παρισηκότως legit ὁ δὲ πρὸς πᾶν &c. qua ratione anapaeſtus erit in prima ſede, quod admitti poteſt.

vſ. 399. Εἰ σε μὴ μισῶ, γενείμην ἐν Κρατίνου κώδιον.] Suſpectum mihi erat illud ἐν, & conjeceram ὤν, inductus verbis Scholiaſtae: γενείμην ἄν, φησιν,

φησιν, εἰς τὴν οἰκίαν Κρατίνε κάδιον. nam ἐν Κρατίνε, est, εἰς τὴν Κρατίνε οἰκίαν. Sed praeferenda est lectio MS. apud Kust. ἂν, γενοίμην ἄν, usitata ratione loquendi apud Graecos, qui optativo hanc particulam addere solent.

vs. 405. Πυῤῥοπίπλου.] Schol. legit παιδοπίπλου. Eustath. in Il. H. p. 679. 39. πυῤῥοπίπλου. eam vocem, & sententiam, quae in his versibus esse possit, satis aperte exponit Casaubonus Mihi tamen suspectum est hoc τὸ Ἰαλίδε: quod vertunt, *Julii filium*: nam hoc nomen aetate Aristophanis in Graecia notum fuisse, nusquam legi. Forte hic latet aliquid de patria Simonidis, qui Ἰαλιήτης fuit, e Julide Cei: quem πυῤῥοπίπλου ob avaritiam vocare potuit, cujus nomine male audiebat. nam & πυῤῥοπίπης *avarum* notare potest, si sequimur Casaubonum. Posset igitur legi τὸν Ἰαλιήτην τἄρ οἶμαι, cum dactylo in tertia sede: nam prima in οἶμαι corripi potest, ut in ποιῶ. Ita sensus esset: si hoc accideret, ut Cleon periret, & ipse canerem hoc Simonidis; πῖνε, πὺν ἐπὶ συμφοραῖς: & ipse, si viveret, non modo hoc, sed hymnos ac paeana prae nimio gaudio caneret. Sed haec conjectura est non valde firma. Interim τὸ Ἰαλίδε mihi non satisfacit. Apud Suidam est πυῤῥοπίπας h. v.

vs. 446. Τῶν δορυφόρων τῆ Βυρσίνης τοῦ Ἱππίου.] Fateor, me non intelligere, quid sit, quod hic scribit Casaubonus, objici Cleoni, quod stirpe Pisistrati natus sit, & δορυφόρους hic non videri dici satellites; sed eos, quibus satellites praesto sunt. Nec magis adsequor, quae scribit Meursius Pisistr. cap. 17. Cleonem hic appellari Hippiam, quia & ipse instar Hippiae tyrannidem in Republica usurpaverat, & ob eandem causam uxorem ejus Myrrhinen dici, quae Hippiae uxor fuerat. Mihi plane aperta videtur esse sententia Comici: nam cum Cleon objiceret Allantopolae, eum esse ἐκ τῶν ἀλιτηρίων, qui supplices violaverant, hic eadem impudentia ei reponit, ipsum esse ortum e satellitibus tyrannorum, id est, ut Schol. explicat, τῶν ἐπιβουλευσάντων τῇ πόλει, καὶ τοῖς τυράννοις συναραμένων: qua significatione δορυφόρος accipitur, ut apud Ciceronem saepissime *satelles*. Eorum autem, quae illi dicunt, nihil puto Comicum in animo habuisse. Porro ante ea verba Scholiastae, quae laudavi, videtur aliquid deesse; nam sententia certe imperfecta est. ea ita suppleri potest: Δῆλον δέ ἐστι τὸν Κλέωνα αὐτὸν ὡς τῶν ἀλιτηρίων γεγονέναι, τὸν Ἀλλαντοπώλην ἀντιδιαβάλλειν τὸν Κλέωνα ὡς ἐκ τῶν ἐπιβουλευσάντων. cet.

vs. 455. Γενικώτατον κρέας.] Eustath. ad Il. E. p. 545. fin. scribit γενικὸν κρέας apud Comicum esse ἄφθον κόμμα, *ampium frustum*. & in Od. A. p. 1426. 56. τὸ γενναῖον Δία πάχων. Scholiastes exponit etiam, ἰσχυρὰ κρέα, ἃ ὑ κατεργάζεται πυρί, *quae non facile coquuntur ignibus*. Casaubono ad Athen. lib. 2. c. 23. magis probatur expositio Eustathii. Add. eund. ad l. 7. c. 14. p. 530.

vs. 501. Ὑμεῖς ἢ σὺ' ἡμῖν ἢ προσέχεἰτε τὸν νοῦν.] Non stat versus. lego πρόσχετε. Pherecrates apud Schol. ad Nub. vs. 563. ἄνδρες πρόσχετε τὸν νοῦν. Similiter peccatum est Nub. vs. 575. v. ibi notata.

vs. 517. Τοῦτο μὲν εἰδὼς ἃ πάθεν Μάγνης.] Bentlejus epist. ad Mill. p. 32. laudat ταῦτα, quod rectum puto: utconveniat cum sequente ἅ.

vs. 520. Λυδίζων.] Sic in Hesychio, Photio, & Suida ex hoc loco legendum, recte censet Bentlejus in epist. ad Mill. p. 32. qui, quod apud Suidam λυδίζων sine interpretatione legitur, huc referendum non absurde putat: quod potuerat ibi notare Kusterus, cum praesertim ead. pag. apud Suid. v. λυδοὶ, loci hujus Bentleji mentionem faciat. Apparet autem hinc, non recte fecisse Kusterum, quod multis locis apud Suidam voces, quae sine expositione legebantur, ejecerit, nec dixerit, qua auctoritate id sibi faciendum putaverit. Idem autem recte apud Suidam in Λυδοὶ, pro διεσκεδάσθησαν restituit διεσκοδάσθησαν, ex Hesychio, Photio, & MS.

vs. 529. Ἐκπεπλεσῶν τῶν ἠλέκτρων.] Kusterus recte monet, ex adjectivo addito patere, nominativum esse ἠλεκτρὼν, vel, si sit ἠλέκτρα, legendum esse ἠλέκτρῶν. Priorem sententiam sequitur Schol. ut idem monet, dicens αἱ ἤλεκτροι, τῶν ἠλέκτρων. Suidas terminationem in α videtur praetulisse: scribit enim: ἤλεκτρα. ἰδίως τὰ ταῖς κλίναις ἐπιβαλλόμενα ἐλεφάντινα, ἅτινα ἐκάλουν ἠλέκτρας; quod Schol. ἅτινας ἐκάλουν ἠλέκτρα. Et tamen mox idem Suidas eod. loc. & in ὠφθαλμισμένους, ἀνθραξὶ καὶ ἠλέκτροις. De re autem ipsa non dubito, quin recte sentiat Casaubonus; ornamenta fuisse lectorum ex electro, tanquam bullas quasdam, quae insererentur ligno. Hoc confirmat Eustath. ad Od. Δ. p. 1483. 24. ubi cum exposuisset ἤλεκτρον esse μίγμα τι χρυσοῦ καὶ ἀργύρου, item succinum, quod lacryma Heliadum dicitur, e quo capula gladiorum fiant, paleas attrahentia, & quo verisimile sit, exornatam fuisse Menelai domum, de qua ibi Poëta agit; mox subjicit: καὶ ἤλεκτρα δὲ τὰ κατὰ Αἴλιον Διονύσιον ἐν κλίναις ποικιλλόμενα, ὃν τὸ ἠλέκτρῳ φιλίᾳ λέγεται. ἃ καὶ θηλυκῶς προάγουσι, ὡς δηλοῖ τὸ, ἐκπεπλεσῶν τῶν ἠλέκτρων. ὧν ἡ εὐθεῖα, αἱ ἤλεκτροι, κατὰ τὰς τῶν κωμικῶν χολιαμβους. οἵ φασι, καὶ ὅτι αἱ ἀρχαῖαι κλῖναι τὰς ποδας εἶχον κατηφαλισμένας ἀνθραξὶ καὶ ἠλέκτροις. Est etiam in Etymol. M. ἠλέκτραι, πόλις Θηβῶν cet. ἢ τὰ ἐν τοῖς κλινόποσι τῶν σφιγγῶν ὁμμάτια. ἢ τὰ ἐν ταῖς κλίναις ποικιλλόμενα. quae iisdem verbis descripsit Varinus. Sylburgius ad Etym. referens verba Suidae, ait, ex ejus descriptione ἤλεκτρας videri esse electrina emblemata, quibus ceu oculis & gemmis lectorum pedes exornabantur: quemadmodum & Mercurii Sphingisve simulacra in iisdem pedibus effingi solita; quod de Mercurii

ſimulacris eſt in Etymol. v. Ἐμμῆς. Ceterum obſervandum eſt, quod Suidas poſt ἐπιδαλόμενα addit ἐλεφάντινα, quae vox in Schol. non comparet, ut etiam Kuſterus notavit, & ſi, quod docti putant, hic electrum, quae metalli ſpecies eſt, deſignatur, praeter rem & abſurde ab eo adjecta eſt. Sane videntur quidem primitus ornamenta ea ἠλέκτρια, vel ἠλεκτροι vocata, quod ex electro, vel ſi mavis, ſuccino fierent: ſed forte procedente tempore omnia ex alia materia facta, eo nomine appellata fuerunt: nam generaliter dicunt Euſtath. & Etymol. τὰ ποικιλόμενα; ita ut ea vox apud Suidam retineri poſſit. Quod autem Kuſterus ad Suid. putat apud eum legendum τὰ ταῖς κλίναις ἐπιδαλλόμενα, non neceſſe eſt: nam in univerſum τὰ ποικιλόμενα ita dicuntur, quae recte ἐπιδάλλεσθαι dicuntur. Sed ipſe ab ea ſententia diſceſſiſſe videtur: cum ad Ariſtoph. nihil mutet in Scholiis.

vſ. 531. Δ' ἢ δ' ἀπολωλὼς.] Suſpicor potius δ'ἴψ legendum eſſe, ut in proverbio, ubi & Schol. & Suidas & Diogenianus 4, 26. & Vatic. Append. 1. 59. δ'ἴψ habent: tametſi ſcio, non minus Graece dici δ'ἴψα.

vſ. 567. Ὁ θυμὸς εἰθὺς ἦν ἀμυνίας.] Hujusmodi acumina e nominibus propriis antiqui multis locis uſurparunt. v. Caſaub. ad Athen. lib. 3. c. 20. his defendi poteſt Menagius adverſus Bailetum, ejusmodi alluſiones frigidas vocantem, & ab antiquis rejectas eſſe: de quo Menag. Tom. I. Antibaill. cap. 48. Suidas Schol. verb. deſcripſit in ἀμυνίας.

vſ. 577. Μὴ φθονεῖθ' ἡμῶν.] Sic etiam Suid. in κομᾷ. At ego puto hoc non convenire rationi linguae Graecae, quae hic vel ſubjunctivum, vel infinitivum exigit. itaque magis probo, quod habet Schol. ad Nub. vſ. 14. μὴ φθονεῖθ'. ibid. vſ. 120. φθονεῖτω longe vitioſius.

vſ. 603. Ἀντὶ πόας Μηδικῆς.] Kuſt. ποίας e MS. ποιᾶς ſcribendum docet Etymol. M. h. v. & alibi. Μηδίκη quoque ſcribendum tradit Euſtath. ad Od. Ω. p. 1967. 27. ad differentiam nominis gentilis Μηδική: item Cyrillus. ſed vulgata ſcriptura retineri poteſt; quod poëta ei addit ſubſtantivum. Heſych. Μηδικὴ, πόα ἡ τρίφυλλον. Soping. corrigit Μηδικὴ. Nihil neceſſe eſt. mutanda tantum diſtinctio, & ſcribendum: μηδικὴ πόα, ἡ τρίφυλλος. Sic Strabo l. 11. p. 525. Μηδικὴ βοτάνη. & Steph. in Μηδία. De Medica porro vid. Victor. ad Varr. p. 131. ubi etiam h. l. laudat.

vſ. 605. Ὡς' ἴφθη Θέωρον εἰτεῖν καρκίνον Κορίθιον.] Φθάνω variis modis uſurpatur a Graecis. ſed nullum genus loquendi apud eos invenio, quod huic ſimile ſit: Θεωρὸς ἴφθη εἰπεῖν καρκίνον. Puto veram eſſe lectionem, quam adfert Caſaub. ὡς τ' ἴφθ. quod Schol. exponit ἤγραψε. de Theoro nihil praeterea compertum habeo. Suid. in Θέωρον deſcribit Scholiaſten. Poëta Nub. vſ. 399. Theorum perſtringit, ut perjurum.

vſ. 632. Βερέχθοί τε, καὶ κόθαλοι, καὶ μόθωνες.] Apertum eſt vitium in metrum. nam & media in κόθαλοι longa eſt, ut oſtendit Kuſterus ad Suidam in σκίταλοι, & ad Ariſtoph. h. l. & nec in quinta ſede trochaeus, nec in ſexta ſpondeus eſſe poteſt. Varie tentant hunc locum. Et Biſeti quidem conjectura abſurda eſt: Βερέχεθοί τε, καὶ μόθωνες, καὶ κόθαλοι: quoniam quintus pes –νες καὶ κό– hic locum habere non poteſt: & quia, quod ad Suid. notat Kuſterus, media in κόθαλοι longa eſt. Tan. Fab. Epiſt. lib. 2. ep. 66. reprehendens negligentiam Biſeti, quod non viderit ſyllabam abundare in ſua emendatione, Μόθωνες ἠδὲ κόθαλοι καὶ Βερέχεθοι. Sed non cogitabat Cenſor ille, ſecundae in κόθαλοι menſuram repugnare huic lectioni. Caſaubon. ad h. l. καὶ μωθωνες, verſus gratia; cui obſtat eadem ratio: ne dicam, nusquam alibi hoc nomen aliter ſcriptum reperiri, quam cum ο in prima, & ω in ſecunda. Kuſterus ad Suid. in σκίταλοι, & ad Ariſtoph. h. l. καὶ μώθων: hac ratione, quod Scholiaſtes videatur legiſſe Μόθων. Sane quidem Schol. in ſingulari, μόθων, ὁ εὐτελὴς: ſed ex illo non colligi poteſt, eum in poëta ita legiſſe. nam mille locis cum apud Comicum eſt ſingularis, in expoſitione ponit pluralem, & contra. atque etiam ſi ea ratio valeret, dicendum foret, in Ariſtophane, pro κόθαλοι, legendum κοάλεμοι: nam & hoc in expoſitione laudat Schol. pro κόθαλοι. Sed nec rationem video, cur a plurali, qui in omnibus ſervatus eſt, transeundum ſit ad ſingularem. Exiſtimo, ſine ope meliorum Codicum, hunc locum ſanari non poſſe.

vſ. 657. Ἀγροτέρᾳ.] Rationem hujus appellationis exponit Meurſius Athen. Attic. 2. 5. e Pauſania: ubi vide plura de hoc voto Callimachi. Ἀγροτέραν Dianam etiam Euſtathius e comoedia memorat in Od. P. p. 1821. 22. fine dubio ad h. l. reſpiciens. Item ad Od. Γ. p. 1454. 27. ubi, diffidens ab aliorum narratione, ſcribit, Athenienſes, τῇ Ἀγροτέρᾳ ante praelium χιλίας χιμαίρας voviſſe. Sed & aliter atque aliter plerique narrant. v. Meurſ. cujus diligentiam hic locus effugit: nec non locus Aeliani 2. V. H. 25. hic notatus a Kuſtero, qui 300. capellas quotannis ei immolari ſcribit, quas 500. vocat Xenophon lib. 3. Ἀναδάσεως.

vſ. 711. Ὡς σφόδρα σὺ τὸ δῆμον σεαυτῷ νενέμηκας.] Quaſi *plane tuum eſſe*, *tibi deditum*, *addictum*. οἰκεῖος ἔχειν πρός σε, ut ait Scholiaſtes. Terent. Adelph. 5. 6. 10. *plebem facio meam*. Corn. Nep. in Cimon. c. 2. *populum urbanum tenuit in ſua poteſtate*.

vſ. 717. Δύναμαι ποιεῖν τὸ δῆμον εἰρὼν καὶ σεσῶν.] Schol. πλεῖσιον καὶ πέντα. Caſaub. *laetum & triſtem*. nam laetitia diffundit, triſtitia contrahit; vel,

vel, *liberalem & restrictum*. Mihi videtur manere in eadem sententia ac metaphora, quae est in superioribus, atque hoc dicere; se posse efficere, ut populus contentus sit multis vel paucis. nam dictum fuerat de alimentis. Atque ita locum habere potest expositio Scholiastae: qui enim divites sunt, liberalius sibi indulgent, & quasi latiorem habent ventrem; qui pauperes, parce vivunt, & quasi ventrem comprimunt. Cum ergo allantopola objiceret ei, maligne ipsum pascere populum, instar nutricum, quae cum infantibus cibum praemandant, exiguam iis partem in os indunt, atque ipsae multo plurimam devorant: respondet Cleon; se posse efficere, ut populus etiam paucis contentus sit; & si quam largitionem ipsi praebeat, laeto animo accipere, si quid recidat, ne hoc quidem aegre ferre, & etiam exiguis alimentis contentum esse.

vs. 723. Ἐξελθὲ δητ, ὦ δημίδιον φίλτατον.] Claudicat versus. Kusterus γε immittit ante φίλτατον. Videndum an legendum sit, ut Schol. laudat, δῆτα ὦ. nam nec hiatum aliis locis refugit Aristophanes; & dactylus locis paribus esse potest.

vs. 736. Λυχνοπώλησι.] Confert cum hoc loco Comici alium Catulli, in quo puer, abhorrens ab honesto & probo amatore, dederat se improbo, Victorius Var. Lect. 22. 11.

vs. 762. Καὶ Κύνα, καὶ Σαλαβάκχαν,] Varie scribuntur haec nomina. Schol. hic Κύνα & Σαλάβακχα. Apud Comicum Vesp. vs. 1027. Κύνη. Schol. ibi Κύνα & Σαλαβάκχη. Rursum Comic. Pac. vs. 754. Κυνῆ. ubi Schol. ex hoc loco Equitum scribendum laudat Κύναν, καὶ Σαλαμβακχώ: ibidemque scribit Κύνα & Σαλαβακχώ, & mox Κύνη. Suidas, Κύνα καὶ Σαλαβακχώ. Et ita quoque Hesychius, quae forte vera scriptura est. nam Σαλαμβάκχα, quod habet Scholiastes, versum ingredi non potest. Videntur autem esse ficta nomina. Et Σαλαβακχω quidem potest esse a σαλος, *agitatio*, quod meretricum est in re turpi: vel potuit etiam Aristophanes hoc nomen fingens alludere ad nomen Veneris, quam Σαλαμβὼ dictam tradunt Hesych. & Etymol. M. eo quod semper circumferatur, & perpetuo jactetur, ac vagetur lugens Adonim; a σαλος scilicet: de quo vid. Salmas. ad Lamprid. Heliog. p. 807. Ceterum Κύναν hoc loco etiam Kusterus edidit.

vs. 792. Ἀρχεπτολέμῳ δὲ φέροντος.] Recte reprehendit Scholiastem Palmerius, quod hoc exponat de induciis annuis factis anno octavo ad finem vergente, vel principio noni hujus belli: nam his induciis Cleonem restitisse, non memorat Thucydides, & videtur etiam haec fabula acta ante id tempus. Sentit autem Poëta de legatione, quam, post Sphacteriam ab Athenienſibus captam, & abductos inde Lacedaemonios, Athenas missam tradit Thucyd. l. 4. c. 15. seqq. tum enim obstitit Cleon, ne pax fieret, ut idem auctor est ibid. c. 21. atque ita recte Palmerius. Quod autem idem putat, ex hoc loco patere principem legationis illius, quae post Sphacteriam captam Athenas missa est, fuisse Archeptolemum, cujus nomen praeterierit Thucydides, mihi nulla ratione niti videtur. Cur enim Thucydides, qui eodem libro c. 119. accurate nomina omnia legatorum recenset, Archeptolemum omiserit? Neque tamen intelligo, cur Aristophanes Archeptolemi hic meminerit, eumque pacem Athenienſibus obtuliſſe (ita enim accipiunt hic φέρειν τῷ εἰρήνῃ) dicat. Opinor autem, Archeptolemum fuisse Athenienſem pacis cupidum, quem Schol. ad vs. 327. scribit a Poëta designari verbis ὁ δεῖνα Ἱπποδάμου, & bene de Republica meritum fuisse dicit. Videndum quoque, an Ἀρχεπτολέμῳ φέροντος possit exponi pro εἰσφέροντος, εἰσηγουμένου; quae dicuntur de iis, qui legis vel decreti cujusdam auctores sunt. Quod si hoc non potest, conjicere licet, Archeptolemum forte missum fuisse ab Athenienſibus ad Peloponnesios, & ab his conditiones pacis Athenas retulisse.

vs. 793. Ῥαβαπυγίζων.] Notat Kusterus, Suidam legere ῥοθαπυγίζων, atque ita etiam videri legisse Scholiastem. Verum est: nam formant a ῥόθος & πυγή, *cum impetu, sono, nates ferio*. Idem ad Suid. notat in Aristoph. minus recte legi ῥαβαπυγίζων. Hoc praeceps est adfirmare. Itaque videtur etiam ab ea sententia receſſisse, vel saltem dubitasse, cum edebat Aristophanem. Sane ῥαβαπυγίζειν legitur apud Polluc. lib. 9. num. 126. Eustath. in Il. A. p. 861. 16. & Od. P. p. 1818. 57. qui & utroque loco hoc e Comico laudat: item apud Hesych. in h. v. Nec Jungerm. & Kuhn. ad Pollucem: nec Meurs. de Ludis Graec. h. v. T. 7. Antiq. Graec. receptam scripturam hujus vocis mutandam existimaverunt. Apertior quidem est in scriptura Suidae ratio etymologica, quam in ῥαβαπυγίζω· nec tamen ob id sequitur, scripturam, auctoritate tot testium subnixam, esse immutandam.

vs. 811. Εἰρὼν ἐπιχειλῆ.] Hanc vocem exponunt Interpretes Poll. lib. 2. num. 89. ubi Seberus, reddit: *urbem magna ex parte vacuam*. Kuhnius: *non satis plenam*. v. & Heinſ. ad Hesiod. p. 59. ubi recte ex Hesychio laudat ἐπιχειλὲς, τὸ ἐλλιπὲς: pro quo editur ἐπιχιλές. Schol. ἐπιχειλὲς γὰρ μέτρον λέγεται, τὸ καὶ μὴ πλῆρες, ἀλλ' ἀπομεμεῖσθαι. καὶ non habent Varinus & Suidas; & rectius etiam abest. Pro τὸ ἀπομεμεῖσθαι, lego ἀπομαστόμενον, id est, *abſtersum, abrasum*. hoc enim est ἀπομάσσειν μέτρον; & ἀπομακίρια, vel ἀπίμακιρον, *radius, quo abſtergentur mensurae*. vid. Casaub. ad Theophr. Charact. p. 253. & Heinſ. ad Theocr. c. 21. Varinus vitiosam scripturam Scholiastae sequitur. Suidas habet ἀλλ' ἀπολειπόμενον. In versu autem ipso, ὃς ἐποίησε τὴν πόλιν ἡμῶν, legendum est, ἐποίησεν, metri gratia: atque ita in Suida v.

ἐπιχειλὴς recte edidit Kusterus, pro ἐπόιησε, quod est in praecedentibus Edd. Idem tamen in Aristoph. h. l. retinuit ἐποίησε.

vs. 819. Πολλᾶ δ' πολὺν μὲ χρόνον κ' ὧν ἐλελήθεις ἐγκρυφάζων.] Turbat nonnihil πολλᾶ. puto exponi posse, *valde*. Sic fere Ran. vs. 1078. ἀλλ' ἐπί σοί τε κ' τοῖς σοῖσιν πολλὴ πολλᾶ 'πικάθοιτο, *valde multa infideat*.

vs. 860. Ὅτις γ' οἱ τὰς ἐγχέλεις θηρώμενοι πέτονθας.] Suidas luculentam expositionem adfert in ἐγχέλεις, videturque hic Scholiis auctioribus usus fuisse. Indicat autem proverbii speciem esse ἐγχέλεις θηρώμενοι, ἐπὶ τῶν ἀλλ' κέρδος ἴδιον ταραχὰς ποιούντων. Sed quod apud eum legitur, ὅτε δ' ἄνω κ' κάτω τὸ ὕδωρ ταράξωσι, κινῶσι, κ' λαμπάσωσιν, melius habet Varinus ταρ. κ' κινήσωσι, λαμπάσησιν. Adludit autem ad hunc versum Comicus supr. Nub. vs. 559. ut notat ibi Schol. Ceterum ad eos, quos hic laudat Kusterus, qui locum hunc retulerunt, adde Eustath. in Il. Φ. p. 1240. 2. ubi pro ὅπερ legitur ὥσπερ, quod & in Etymol. exemplaribus fuisse notat, & rejicit Sylburgius: nam ὅπερ rectum est. pro πέπονθας idem contra metrum notat fuisse πεπόνθασι, quod & apud Hesych. est in ικὲς, sed repugnante metro. nec recte editur in Etym. πεποιθασι. Apud Etymol. quoque male ἔγχελυς, παρὰ τὸ ἔχειν ἐν τῇ ὕλῃ. Sylburg. ἰλύϊ, ut hic Schol. & sic quoque repone apud Varinum in ἐγχέλεις.

